

Johann Sibrand August Heinrich Essen von

**Disputatio Inauguralis De Abusu Remedii illius Decantatissimi hodie[ue] usitatissimi famosissimae Constitutionis Leg. Diffamari 5. Cod. de ingen. manumiss. Occasione §. 83. Cammer-Gericht: Novissimi Recessus Imperii de Anno 1654**

Rostochii: Wepplingius, 1687


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741707934>


Druck Freier  Zugang




RU jurist. 22. Febr. 1687

Sibrand, Joh. /a







19  
353.

Q. D. T. O. M. B. V.  
**DISPUTATIO INAUGURALIS**  
DE

# ABUSU

**Remedii illius Decantatissimi**  
**hodieq; usitatissimi famosissimæ Con-**  
**stitutionis Leg. Diffamari**

**5. Cod. de ingen. manumiss.**  
Occasione §. 83. *Commer - Gericht:*  
Novissimi Recessus Imperii de Anno 1654.

**QVAM**  
**ANNUENTE DIVINA GRATIA**  
Decreto atq; Autoritate

**Magnif: Jctorum Ordinis in Inçlyta ad Varnum Academia**  
**PRÆSIDE**

*VIRO NOBILISSIMO, AMPLISSIMO atq; CONSULTISSIMO*

**DN. JOHANNES**  
**SIBRANDO,**

Jcto Celeberrimo Facultatis suæ Seniore & Decretal. P.P.  
Hocque tempore **DECANO**

*PATRONO atq; FAUTORE suo etatem de venerando*  
**PRO LICENTIA**

Publico examini submittit

**AUGUST: HINR: von SEEN**  
Hamburgensis.

**IN AUDITORIO MAJORI**

*Ad Diem 12. Feb. Anno M. DC. LXXXVII.*

1687

**ROSTOCHII, Typis JOH. WEPPLINGII, Acad. Typogr.**

DEO  
PATRIÆ  
ET  
PATRO.  
NIS.

Universitäts-  
Bibliothek  
Rostock



## PROOEMIUM.



Ata Licentia ab Amplissima  
 Facultate Alma hujus, exant-  
 lato examine rigoroso, Dispu-  
 tationem habendi inaugura-  
 tem: de materia sollicitus, qua  
 hodie in ipsis rerum obtine-  
 ret argumentis, varia quidem  
 obvenere qua sese commenda-  
 rent, tum ratione utilitatis,  
 tum ratione horum temporum, tandem placuit vel  
 hanc ipsam eligere presentem, uti quam credo sese  
 iri eo magis commendatam, quod quantum ad meam  
 pervenit notitiam, hac de re haecenus nemo calamus,  
 strinxerit, quamvis enim constet, ipsa hac disser-  
 tatio passim testatum eat, plurimos commentaria  
 vel spississima, hac de materia in lacem edidisse, varias  
 ut sileam disputationes de lege indigitata habitas; qui

Az

tamen



tamen abusus stringeret ex professo, haecenus reperi-  
neminem, placuit ergo variorum Doctorum qui spar-  
sim horum abusus mentionem injecere, serinia  
compilare, partim quae ipse expertus in praxi adijcere,  
non quod credam omnes & singulos abusus, (quod  
enim id credat nisi virum suarum plane in(cius) me  
explicaturum, sic enim me plane ignarus, ignorarem  
quid bumeri valeant, quid ferre recusent; praepriis  
quod vel teste Imperatore, natura quotidie novas re-  
rum edere deproperet formas, quod si unquam in ali-  
qua constitutione, certe in hac ipsa est videre, quan-  
tum sepius usus degeneret in abusum; confirmatus  
magis sum in hac mea sententia, quod viderem  
Status Sacratissimos nostri Imperii, ejusdem fuisse  
mentis, ita ut impigram adhibuerint curam & solli-  
citudinem, ut abusus isti quantum maxima opera lice-  
ret emendarentur, quare hac ipsa causa motus non ig-  
narus quanta alias mihi curta suppellece, pro virili hanc  
explicare materiam placuit. Quod ergo felix, faustum  
& salutare Trinunum istud velit Numen, ejus operam  
humillime imploro, me ad ipsam converto tracta-  
tionem, & quidem acturus in Cap. I. de inscriptione  
Inauguralis hujus Disputationis, in simul explicaturus  
tum nominalem tum realem definitionem.

CAP. I

255.

CAP. I.  
SUMMARIA.

<b>V</b> ox abusus unde.	1.	Qvale remedium.	17.
Differt ab abusione.	2.	Extensio.	18.
Uti & abuti passive sumuntur.	3.	Famosissima cur dicitur.	19.
Conciliatio LL. 21. & 22. ff. de LL.	4.	Vocabula in osus.	20.
Definitio abusus.	5.	In iure qui famosi	21.
Ratio definitionis.	6.	Vocabuli remedii signific.	22.
Licentia verbum unde	7.	Cur ita dicitur.	23.
Contrarium ejus quod:	8.	Constitutio cur dicitur.	24.
Abuti quid.	9.	Diffamandi vox	25.
Remedium cur dicitur	10.	In bonum sensum aliquando	26.
Sitne actio &	11.	Sepius in malam partem.	27.
Remedium extraordinariū.	12.	Germanice.	28.
Contraria sententia.	13.	Quid diffamare.	29.
Quare.	14.	Diffamator quis.	30.
Imploratio officii judicis	15.	Sumitur bisariam.	31.
Ratio. 1. 2.	16.	Specifice.	32.
		Generice.	33.
		Sumatur apud auct. quomodo	34.



Qvod ergo attinet vo-  
 vocabulum abusus, constat hoc  
 esse compositum ex particula pri-  
 vativa *ab*, & verbo *usus*, quod sci-  
 licet res vero suo per hoc prive-  
 tur usu; & differt ab *abusione*,  
 quod ea ipsum abutendi denotet  
 actum, quatenus scilicet quis per  
 Licentiam aliqua re male utitur, i.

A

ta explicante Nicol: Perott: Episc. Sepontin: in cornu copie col.  
29. v. 60. adde *Thesaur. lat. lingu:* Steph: h. v. ubi vix me tempe-  
ro, qvin in gratiam *Φιλοσοφίας* hoc quoque addam, quod  
3 quandoque & passive sumatur à Classicis authoribus, ver-  
bum non minus *utiendi* quam *abutiendi* vid: Vegner. Hellenol  
4 *Lat. Ling. l. 1. cap. 9.* & præprimis Casp. Barth. *Advers. Lib. 30. cap. 1.*  
qui & hac ratione novo quodam modo conatur conciliare  
Jure Consultorum Juliani & Neratij, alias ipsius sententiã inter  
se dissidentium, sententias in *L. 20. §. 21. ff. de L. L. ita d. l. 21. legen-*  
*do & ideo rationes eorum, quæ constituto utuntur, inquiri non oportet.* vid. Laudat. Auth. per integrum *all. cap.* quod quidem ut ad rem  
nostram nil faciens, suo relinquo loco, ne vestra abuti be-  
nevolentia B. L. videar vid: & *Thes. Lat. ling:* Stephan. aliique  
Lexicographi; quorum expilare Scrinia, nec placet nec  
vacat. Poterit autem abusus definiri, vel potius descri-  
bi, *quod sit rei per se licita, malus per licentiam usus.* Placet  
autem ita hisce concipere verbis, ob verba *§. i. Inst. quis sui, vel*  
*alien. jur.* ubi Sacratissimus Imperator dicit, Reipublicæ inter-  
esse, ne quis re sua male utatur; ut ita & per bonam conse-  
quentiam vel ipsorum judiciorum interlit, ne quis præter  
verba & intentionem Imperatoris, latis constitutionibus &  
consuetudinibus, abutatur, hocque remedium pro defensione  
innocentissimorum hominum repertum, in illorum detrimen-  
tum torqueatur. Uti & verba *per licentiam* desumere placuit  
7 ex Cicer. in Topic. ubi Boët. & contrarium denotat *abusus* vid:  
8 *Thes. lat. ling. §. l. 12. §. 2. ff. de usu & habit.* est autem abuti ad  
9 alium usum re uti, quam ea comparata. Adjeci *remedium*, quod  
10 a Doctoribus pro tali venditur, quo scilicet diffamatus, in-  
juriam sibi, vel rebus suis injuste illatam, vel metuendam le-  
gitime avertit. vid. *Coll. jur. Argent. ad tit. de injur. & famos. lib.*  
11 *Thes. 36.* quamvis alias nec satis inter Doctores constet, sit ne  
potius quædam actio; & numne eo nomine recte veniat; qua  
12 de re inferius ulterior differendi occasio dabitur. Est autem  
*remedium extranarium.* vid: Contard: *ad b. l. cap. 4. n. 98.* ibi-  
13 que citat: quamvis contrariam voveat sententiam, Mund:  
*ad b.*

ad h. n. l. cap. 5. §. 2. n. 118. ex eo potissimum capite, quod con-  
tra communis juris sit regulas, quod diffamatus trahat ad su-  
um judicem diffamatorem, cui alioquin parere non erat ne-  
cesse, qua de re in ipso conflictu; Alii volunt potius esse  
Implorationem quandam officii judicis Gail. lib. 1. obs. 9. n. 7. ibi-  
que citat: exque eo Carpz. Jurisprud. for. p. 1. const. 7. def.  
27. n. 6. ideo quod verba ad judicem dirigantur, tunc enim non  
esse conditionem; sed officii duntaxat judicis implorationem  
Harso Id. de Act. de cond. ex lege tum quod experientia testetur, im-  
plorari solummodo judicis officium, ut diffamantem citet,  
terminum ad proponendum præfigat, ni sibi imponi silenti-  
um velit, vid. h. de re late differens Carpz. process. judic. Tit.  
20. art. 1. §. 1. n. 4. seqq. Wesenbec. conf. 96. n. 3. Scurf. cen. 3. conf.  
103. n. 19. Gail. lib. 1. observ. 9. n. 7. Esse autem hoc remedium  
(quo jure quave injuria ex dicendis patebit) hodie decantatissi-  
mum usitatissimumque, vel ex eo constare poterit, quod doctorcs  
moribus hodiernis latissime Pomerium suum extendere, inq;  
omni genere injuriarum locum habere velint. Addidi in ru-  
bro famosissima constitutionis epitheton; nil quicquam  
veritus, quod hæc ipsa vox famosissimus, in sequio-  
rem sumi partem sueverit, quemadmodum vocabulum  
in usus vitium quoddam in se continere vult, Noctium At-  
ticarum Scriptor A. Gell. l. 3. cap. 12. add. l. 14. ff. de his qui  
not. infam. leg. 3. §. ult. ff. de susp. tut. quodque homines famo-  
si in jure dicuntur, quibus infamiae inusta nota. l. 2. §. ult. ff.  
de accusat. & aliis passim, uti est videre in lexico absolutissi-  
mo Barnabi Brissonii h. v. ubi quoque mentio injicitur famo-  
sa mulieris l. 2. §. 4. ad Senatusc. Tert. cum & in bono alibi repe-  
riatur sensu, estque vocabulum mediæ significationis, imo  
ab ipsis Doctoribus hoc epitheton adjicitur legi nostræ vid.  
Richt. p. 2. decis. ult. n. 2. Cagnol. in interpret. l. n. Statim in princi-  
pio alique; quamvis nec sic incongrue famosissima dici po-  
terit, quod videamus fere usum hujus legis consistere in ab-  
usu, ipsa teste experientia. Posui porro, constitutio quod  
litteris

14

15

16

17

18

19

20

21

22

32

34

356

25 literis scripta & expressa, sicque vim habeat generalis constitu-  
 tionis vid. constitutio *de justip. Cod. confirm. §. 4.* & sumitur de-  
 26 mum vox *diffamandi* & itidem in bonam & in malam partem,  
 27 in bona parte apud Augustin. *de civit. Dei lib. 5.* Romanum Im-  
 perium, dicendo, tam longe lateque non potuisset augeri, &  
 tam grandi gloria diffamari. Sapius tamen, uti & hic, in ma-  
 lam authores accipiunt partem, quemadmodum docent Lexi-  
 cographi & Oldendorp. *ad h. l. n. 4.* Hieron. Cagnol. *n. 2. ad*  
*l. b.* & sumebatur pro eo quod veteribus erat *obvagulari* & *pipulo*  
 id est convitio *differr* ut post Mund: *de diffam: cap. 1. num. 13.*  
 28 monet Just. Sinold. Scütz. *in colleg. de stat. Rei Romae. vol. 2. disp.*  
 29 *7. ab. 8. lit. B.* quod nos Germanice efferimus eimen *auschrepen* oder  
 30 *austragen*. Diffamare hinc est ad judicem provocare: & Diffa-  
 mator agere velle intelligitur, Mevius *p. 3. decis. 24. n. 2.* Ro-  
 berth. Maranth: *specul. aur. part. 4. Jud. 21. dist. 9. n. 2.* Gail. *lib. 10*  
 31 *obs. 9. n. 5.* & bifariam sumitur à JConsultis, generice scilicet &  
 32 *specificè*; hoc modo denotat omnem honoris & fama diffama-  
 33 tionem; illo quamlibet denotat molestiam qua alicui negoti-  
 um fit aut timetur. vid. Grav. *ad Gail. lib. 1. obs. 9. n. 22.* Goth.  
 man. *vol. 2. resp. 83. n. 21.* Wesenb. *Conf. 96. n. 22. ibique citat.* alias  
 34 Diffamare apud Classicos Authores, est famam & existima-  
 tionem alicujus pravo affectu offendere & sugillare. Hinc  
 Tacit: *lib. 5. annal. cap. 49. n. 4.* Quintianus a Nerone probro-  
 fo carmine diffamatus, contumelias ultum ibat. & Ovid. *Me-*  
 tamorph: *Lib. 4. v. 48.* adulterio diffamatum dicit, alia exem-  
 pla silentii peplo ut involvam.

## CAP. II. SUMMARIA

<p><b>T</b>ransitio.</p> <p>Verus legis usus.</p> <p>Summa legis.</p>	<p>1. Ad stipulantes sententia. 4.</p> <p>2. Practica remissive. 5.</p> <p>3. Sententia legis 6.</p>	<p>4.</p> <p>5.</p> <p>6.</p> <p>Gra-</p>
---	--	---

Legem scire quid.	7.	Conueniri qui possint.	37.
Distinctio legis & sensus	8.	Forma	38.
Juris interpretatio	9.	Ratio	39.
Qua in genere	10.	Error quis	40.
Quotuplex.	11.	Est delicti species	41.
Authentica qua	12.	Delictum non est sine animo	42.
Unde petenda	13.	Dolus & requiritur	43.
Doctrinalis qua	14.	Objectio	44.
Unde petenda.	15.	Responsio ad objectionem	45.
Probatio.	16.	An ex injuria oriatur	46.
Usualis qua.	17.	An cum injuria connexa.	47.
Ratio ejus.	18.	Animus agre faciendi	48.
Practica unde petenda	19.	Finis.	49.
Unde proficiatur	20.	Ubi eadem ratio idem jus	50.
Ratio mouens	21.	Descriptio hujus remedii	51.
Fundamentum ejus	22.	Explicatio ejus remissive	52.
Eadem ratio idem jus	50. 23.	Generaliter intelligenda	53.
Causa efficiens.	24.	Ratione processus quid obti-	
Varia.	25.	neat.	54.
Cur a veteribus neglecta	26.	An imploratio officii judicis	
Ratio revocationis in usum	27.	an actio.	55.
Quibus causis adhibeatur.	28.	Solutio	56.
Extensio.	29.	Differentia inter iudicium dif-	
Emendationis ratio.	30.	ferentiam, & act.	57.
Causa materialis objectiva	31.	Reus quis	58.
Extensio.	32.	Ratio	59.
Latissime se extendit.	33.	Diffamans actor in utroque	
Materia subiectiva.	34.	judicio	60.
Qui possint agere	35.	Differentia ratione implorari:	
Banniti & excommunicati ex-		& act.	61.
cluduntur.	36.		

B

Judex

Judex quis 93. 94. 106.	62. Non desistens	88.
in iudicio actionis quis actor	63. Silentii impositio.	89.
in Camera quid obtineat.	64. Silentii interpositus quid.	90.
Continuatio	65. Effectus.	91.
Libelli forma.	66. Litis preventio	100. 102. 92.
Supplicationis formula remis-	Quis Judex.	93.
sive	67. Qualis.	94.
Probatio	68. Actor.	95.
Citatio	69. Extraordinarium iudicium.	96.
Præcedens cognitio	70. Libelli oblatio.	97.
Citationes quot	71. Ad quid.	98.
An tertia requiratur	72. Imploratio iudicis.	99.
Ratio	80. 81. 73. Litis preventio	100.
Contumacia impositionis	74. Forum	101.
Causa.	75. Preventio.	102.
Contumacia conveniendus	Separatio.	103.
reus	76. Objectio	104.
Post lapsum terminum	77. Iudicium diffamat.	105.
An audiendus 87. 88. 89. 90.	Judex.	106.
91.	78. Iudicium diffamationis.	107.
Contumacia quid excusat	79. Iudicium actionis.	108.
Terminus non nimium coart-	Differentia.	109.
tandus	80. Differ. 2.	110.
Ratio	81. Differ. 3.	111.
Comparitio	82. Differ. 4.	112.
Libelle porrectio	83. Requisita	1. 2. 3. 113.
Petitionis operatio	84. Differentia juris cameralis &	
Exceptionis locus	85. commun.	114.
Adversus quem	86. Ratione objecti. 1.	115.
Emanens,	87. Ratione actionis & diffama-	
	tion. 2.	116.
	Ratione iudicis 3.	117.
	Differ.	

*Differ. 4. ratione exentus. 113. Differ. 6. inchoatio officio. 120. 11*  
*Differ. 5. ratione probationis. 119. Affine. 131.*

Transimus ad caput 2. quod breviter pandet, verum  
 hujus legis *usum* in quo potissimum consistat, cum contraria ju-  
 xta se polita magis elucescere siveverint, breviter è re erit, ve-  
 rum hujus legis *usum* in antecessum proponere, ut ita ejus *abusum*  
 removendo, de vero usu constare queat. Summam autem hujus  
 leg: hanc ponit Ictus Wislenbach. *Disp. 30. ad Leg. 47. ff. de*  
*injuriis* quod Crescens consultor cum status ejus a Mævio diffamaretur,  
 actionem prejudicialem ultro adversus Mævium insti-  
 tuerit, Mævioq; à Præside vocato, ut contradictionem faceret,  
 nō comparente, causā cognita una parte præsente pronūnciasse,  
 Crescentem sibi videri ingentium: qua sententia scilicet prævi-  
 sum, ne ulterius inquietaretur Crescens, Mævio autem  
 non desistente eundem vel extra ordinem coercendum, vel  
 actione injuriarum ad officium redigendum. Ejusdem sen-  
 tentiæ Giphani *ad b. l. Sarmient. Select. Lection. lib. 1. cap. 2. An-*  
*thon: Matthæ: Colleg. Curios. Disput. 14.* Quemadmodum & Er-  
 nest. Frider. Schröter *in resolut: difficil. leg.* casum non tantum  
 format, sed & per rationes dubitandi & decidendi pro-  
 lixius examinat *ad lib. 7. tit. 14. p. m. 335. seqq.* adde Cyprian. Re-  
 gner: *Censur. Belg. ad dict. leg.* Unde satis comitat quamam ge-  
 nuina hujus legis sententia, quod scilicet maxime usum præ-  
 beat in quaestione Status, quæ quidem apud veteres Romanos  
 gravissima, uti vel constat ex §. 12. *Inst. de excusat. tur: & cu r a:*  
 Cum autem legem scire non sit verba illius tenere, teste Celso,  
*l. 17. ff. LL.* sed vim & efficaciam; maximeque veniat distinguen-  
 dum inter verba & inter mentem legis, nec infrequens sit  
 ex mente legis interpretationem rationis identitate formare,  
 uti nobis hujus rei vel exemplum præbet Imperator in Institu-  
 tionibus de Tutela Patron. Parent. & Fratr. quare hic recurren-  
 dum nobis erit, ad juris interpretationem, quæ quidem in 9.  
 genere describitur: quod sit legislatoria mens seu voluntatis  
 expo



11. expositio seu declaratio, quam & triplicem novimus, Authentica, Doctrinalem & Usualem, vid. Möllenbeck. *divis. Juris cent. 1. divis. 16. Dn. Rachel. lib. 1. tit. 8. §. 2. Inst. Juris prudenti*: Eichel: *integr. tract. de interpretat. Juris*, Cujus quidem etiam hic nobis præbet exemplum hæc nostra lex, quæ
12. quidem aliam admittit interpretationem *Authenticam*, quæ scilicet ab ipso proficiscitur Legislatore, eandemq; cum ipsa lege auctoritatem habet. *leg. 1. §. 9. & Ult. Cod. de LL. qualis est petere ex*
13. *Recessibus Imperii & Ordinat: Camerali. Doctrinalem*, quæ congrua legislatoriae voluntatis à Jcto data declaratio *leg. un. in*
14. *fin. Cod. de Stud: Urb. Rom. & Constant: leg. 2. §. 4. ff. de orig. Jur. Jctus* quippe legum voluntatem discentes & consulentes docet, hoc in casu, nobis præbet varia hæc Doctorum hujus legis etiam ad ab-
15. usum usque extensio; quod vel inde abunde constare poterit, quod ab aliis restringatur, ab aliis magis magisque extendatur; ita laud: Cyprian: Regner: Censet esse extendendam ad quælibet diffamatorem, qui jactitet se actionem habere, riteque ex h. l. conveniri & condemnari posse, ubi & alios in suam adducit sententiam: imo in *disput. ad Cod. 25. tit. 2. ad h. l.* putat posse extendi ad causas similes, tum civiles tum criminales: argumento *l. 12. de leg. in partes suas vocando Fabr. ad tit. 7. Cod. lib. 3. def. 1. cui accedit usualis*, quæ ex usu observantia & con-
16. fuerudine legum desumitur; quod hæc optima legum sit interpretres. *l. 37. & seq. ff. de li. s. pen. inst. de sacrisd.* Unde non male, practica, vera legum appellatur intellectrix; Legesque in A-
17. cademiis deglutiri, in Palatis vero vel Foro, digeri, ut vera sic frequens est locutio. Sapius autem hæc proficiscitur ex
18. iudicium vel ignorantia, vel malâ intellectâ legis mente, uti caput tertium id pluribus explicatum dabit; Quæ autem ratio movens fuerit, Quod Doctores etiam ad alios casus extendendam duxerint, quam largiorem declarationem & productionem ad similes casus dicere posses. Quod Legislator verbis quidem eam non comprehendat, interrogatus tamen
19. de us, sic responsurus credatur. Fundamentum suum habet

in

*in leg. 12. ff. de ill.* quodque eadem ratio ubi militat, merito eadem 23.  
 & juris dispositio locum habere mereatur. vid. *l. 32. ad leg. Aquil.*  
*l. 7. §. 2. de jurid. l. 4. de fund. dot. l. 16. de spons.* vid. Dn. Sam.  
 Rachel. *d. l. §. 3. Peretz. ad h. r. n. 10. Cothmann. vol. 2. resp. 83.*  
*n. 12. seqq.* Porro si respexerimus ad hujus legis *causam*, EF- 24.  
 FICIENTEM, videmus illam esse variam, & tum a iudice, tum 25.  
 à Superiore, tum etiam ex Sapientum Responsis, nec non con-  
 suetudine quoque proficisci: cumque hodie antiquo illo jure 26.  
 Patronatus cessante, videmus quoque antiquos Codicis Com-  
 mentatores, quales Sychardus, Salicetus, Azo, Cynus aliique,  
 vix dignam censuerint quam sua commentatione illustriorem  
 redderent, imo videbis in ipso Cyno hanc adjectam ratio-  
 nem, quod tituli priores 26. lib. 7. Cod. ea propter omitti,  
 quod eorum nostris temporibus exiguus sit usus. Tandem 27.  
 pedetentim in Germania caput ita extulit, quantum lenta so- 28.  
 lent inter viburna Cupressus, ut non tantum adhiberi sueverit  
 hocce remedium in Status quaestione, v.g. si quis Nobilem dixe- 29.  
 rit non Nobilem; non subditum; subditum; sed etiam tam late sese  
 coeperit extendere, ut in minimis mediis, imo etiam medioxu-  
 mis injuriis adhiberi sueverit, ut pluribus videre apud Rich-  
 ter *decis. 100. n. 16.* vid. Brunnem. *Cod. ad h. l.* quotidiana teste 30.  
 experientia, ut tandem non hoc seculo duntaxat, sed & præ-  
 terito, Status imperii emendare hosce abusus, operæ pretii æsti-  
 maverint, uti ex dicendis patecet. *Causam materialem* OBJE- 31.  
 CTIVAM censeo graviores jactationes, lædentes alicujus fa-  
 mam vel possessionem, ut si quis suum nominet debitorem,  
 qui ne obulo quidem Ipsi obstructus, vel sibi debitum prædi-  
 um & ad se pertinens possidere, per calumniam sit mentitus;  
 interim tamen prætentam actionem institutere, vel ex defectu  
 probationem detrectet, quamvis postea inter prætationem il- 32.  
 lam extensivam, etiam ad alias res & causas quasvis vel mini-  
 mas, per abusum adhiberi sueverit; hinc constat ex commu- 33.  
 ni interpretum sententia, hanc legem sub ambitu suo non  
 tantum civiles causas, sed & criminales, non minus reales,  
 quam



34. quam personales, nec non matrimoniales, imo peritoria que  
 que & possessoria complecti: *Materiam SUBJECTIVAM*  
 uti in universo jure, ita & hic, constituunt Personæ, tum dif-  
 35. famans tum diffamatus. Utuntur autem sibi que prospiciunt  
 hoc remedio, quicumque alias personam standi in judicio ha-  
 36. bent, nec natura, lege, statuto, vel consuetudine prohiben-  
 tur vid. late hæc tractantem Richt: *decis. 100. §. 17.* ut ita jure  
 merito excludantur Banniti vid. just. Sinolt Schütz. *colleg. publ.*  
*de stat. Reip. Roman. vol. 2. disp. 7. eb. 8. lit. D. circa fin:* quicq; ma-  
 jorem incurrerunt excommunicationem. Schütz *d. l.* Didac  
 Covarr: *variarum resolut. lib. 1. tom. 2. cap. 18.* & qui alias  
 37. personam standi in judicio non habent; poteruntque conve-  
 niri omnes & singuli, qui illicito modo alterius famam & possessi-  
 38. onem vel scriptis vel verbis lædunt. Ad FORMAM refero do-  
 lum errorem & malignitatem: quia sine dolo & animo diffa-  
 39. mandi nulla diffamatio obrendi potest, vid. Blarer: *prohibeo-*  
*ria in summa n. 8.* ubi, inquit, nec error, & malignitas diffa-  
 40. mantis, ibi nec huic remedio locus; error autem hic intelli-  
 gitur cui præcedit culpa, & ad dolum quam proximè accedit,  
 & malignitati æquiparatur, quod error habens in se culpam, do-  
 lo sit proximus. Cæs. Contard: *cap. 2. n. 15. ibique citat.* & Joh.  
 41. Ferrar: Montan: *Num 13. ad h. l.* cum præterea negari neque-  
 at speciem quandam delicti esse, Mev. *p. 3. decis. 212 n. 3.*  
 quod ex injuria quasi præsumatur, etiam delicti gravioris &  
 42. intolerabilis censetur à Blarer: *d. l. n. 9.* notum autem sit de-  
 lictum esse non posse sine delinquendi animo, vid. Blarer.  
*pag. 33. ad h. l.* quare & belle censet Roding. in supplica esse  
 43. adjiciendam & inserendam diffamationem factam esse dolo  
 malo in Pand. *Cameratib. lib. 1. tit. 14. §. 6.* vid. Svanm: *obs. came-*  
*rat. 162. n. 9. & obs. 165. n. 6.* Ergo si cui ab alio verisimiliter fa-  
 ctum quoddam tertii relatum sit, quo se adversus eundem  
 tueri constituat, frustra tanquam diffamatio habebitur, nec  
 inde actio instituta valebit; de dolo quoque consulendus Ma-  
 genhorst *ad Ordinat. Camerat. p. 247.* ubi dicit quod de jure  
 com.

communi infamatio fieri debeat, de dolo & malitia diffamantis, inque suam sententiam plures adducit Doctores, unde quaestio resultat: an iniquitas diffamationis etiam ex errore desumi possit? quod quidem probatum eunt, ex verbis legis seu errore seu malignitate, tamen rectius mihi sentire videntur qui cum Svanman: lib. 1. cap. 18. n. 2. ex verbis Constitutionis Cameralis, fraudulenter & dolose diffamationem fieri debere, statuunt, qua in sententia Just. Göbler: ad ordin. Cameral. P. 2. t. 25. Denais: ad jus Cameral. tit. 74. §. 2. Gaik lib. 1. obs. 20. n. 2. quod dolus diserte requiratur: add. dict: Svanm. obs. 162. n. 9. & differentia 23. n. 4. & quamvis obijci possit aliter hic sese rem habere ratione juris communis, aliter ratione juris Cameralis: tamen cum negari nequeat, jure Camerali sublatum esse illum errorem juris civilis, merito hac in parte & hoc sequimur; & quanquam alii in negativam hinc descendant, quod quidem ex injuria oriatur, aut nihil cum ea commercii habeat, & quod in eo differat ab ipsa actione injuriarum, quod in hac animus requiratur injuriandi, in illa secus, nihilominus tamen crediderim, neminem fore tam absolum qui non animadvertat, vel animum hic requiri, alteri minimum ut agre faciat, qua de re in conflictu uberior ansa declarandi animum dabitur. FINIS hujus remedii in eo videtur potissimum consistere, ut calumniantium iniquitates expellantur, & quisque famam suam, sartam tectam à malevorum impetitionibus contrectationibusque conservare queat: quodque ubi eadem ratio idem etiam jus militare debeat; Hisce praemissis, converto me ad descriptionem hujus constitutionis, quam ita optime cum Just: Synold. Schutz. in Colleg. Publ. de Statu Reip. Romana; vol. 2. Disp. 7. ib. 8. depingi posse reor; quod sit postulatio condictitia, competens diffamato, contra diffamantem, ob factam diffamationem, tam ratione Status, quam cujusque alterius juris, ad hoc, ut à iudice diffamati, terminus ad agendum & de praetenso jure docendum, sub poena perpetui silentii, diffamanti praefigatur; Ubi quidem dictus author singula

44.  
 45.  
 46.  
 47.  
 48.  
 49.  
 50.  
 51.  
 52.

53. *la. verba prolixius explicat; & quamvis inibi agatur quatenus*  
 54. *ipsi locus in Camera Imperiali: tamen etiam generaliter pos-*  
*se intelligi, nullus statuere dubito. Cum autem varia inter Do-*  
*ctores orta sit Disputatio, quis hic Judex, quis Actor, quis de-*  
*munum Reus, nec extra oleas divagari me crediderim, si paucis*  
*mentem explicavero, ratione processus & judicii, ubi notan-*  
*dum duplex hic dari judicium, alterum diffamationis alterum*  
*actionis. late Mev. p. 3. decis. 212. sive causæ principalis, quod &*  
*nomine Judicii jurium venit apud Vincent: de Franc: def. 375.*  
*allegante Joach. Christ. Coch. in prax. for. Germ. p. 2. pag. 178. in*  
*illo diffamatus actor, diffamator reus; in hoc diffamator actor.*  
*Diffamatus Reus Præterea singulare illud hujus Judicii venit ob-*  
*servandum, quod diffamator diffamati cogatur sequi forum. Mev.*  
*p. 3. decis. 213. an autem id contra notissimam illam sit juris regulam:*  
 55. *quod actor sequi cogatur forum rei, certant Doctores. Remedi-*  
*um autem hujus legis an imploratio sit an potius officii*  
*Judicis? non satis convenit inter Doctores, prius affirmat*  
*Carpz. process. Jud. tit. 20. art. 1. n. 10. & resp. lib. 2. tit. 2. resp. 34. n. 6.*  
*Richt. decis. 100. n. 11. & 25. posterius Bart. in L. 3. n. 6. ff. de aliment.*  
 56. *legat. ast cum subtilem potius quam utilem censeat disputatio-*  
*nem hanc Just. Sir. Schütz: coll. publ. de statu Reip: Roman: Vol: 2.*  
*Disp. 7. thes. 8. lit: c. Non ero hac de re multum sollicitus: sed*  
*cui libet suum relinquo judicium. Crediderim autem, utrum-*  
*que recte posse statui, pro diversitate rationis institutæ, vel actio-*  
 57. *nis, vel factæ implorationis. Differunt autem inter se maxi-*  
*mè judicium diffamatorium & causa principalis, in illo quippe*  
*agitur de impositione perpetui silentii, in hac ut diffamator*  
*intra terminum præfixum de suo jure agat; in illo diffamatus*  
*est actor, in hac diffamator rei sustinet vices, in illo tra-*  
*ctatur impositio silentii, & principalis est præparatorium; in*  
*hac ipsa actio proponitur; illud est extraordinarium, hoc or-*  
*dinarium vid. Rher. Inst. jur. Publ. lib. 4. tit. 12. §. 10. Dn. Mev. p. 3.*  
*decis. 212. Actor autem est diffamans, alerum diffamando enim*  
*dum arguit, ad judicem tacite provocare creditur,*  
 Gail.

Gail: lib. 1. obs. p. n. 5. Mey. P. 8. decis. 169. n. 1. Coch. Prae.  
 For: Germ: P. 2. p. 179. qui ad agendum diffamantem cogere  
 possit; Reus censetur diffamatus, 1. quia gravatur, quod pro- 58.  
 prium Reorum; 2. apud judicem sit conveniendus, quamvis 59.  
 alii, uti Carpz: p. 3. decis. 213. n. 1. Bachov: ad Treutl. vol. 1. disp. 12.  
 thes. final. 17. lit. C. statuunt, in utroque judicio, tum diffa- 60.  
 mationis, tum actionis, diffamantem esse actorem; rectius 61.  
 autem sentire, statuentes differentiam ratione implorationis  
 judicis, & ratione actionis, diffamatum actorem volunt in  
 judicio diffamationis, dum alterum diffamationis arguat, &  
 prius litem moveat; per cap. secus §. accusator ex epa de verb. sig-  
 nif. §. leg. 13. de judicis JUDEX est ordinarius Magistratus diffa- 62.  
 mati. Carpz. process. jud. tit. 20. art. 2. §. 1. ibique citat: nisi is gau-  
 deat privilegio de non evocando ad aliud forum, quale com-  
 petit Clericis, beneficio auct. habita: Cod. ne filius pro patre  
 quia de re sequenti capit: D. V. Judicem actu implorando, pe- 63.  
 tendoque perpetui silentii impositionem: in judicio autem  
 actionis, actor diffamans, quod in principali agat causa, cer-  
 tumque aliquid contra Reum petat, §. 1. Inst: de actio: §. 13. eod.  
 quod & in Camera Imperiali obtinere, pluribus demon- 64.  
 strant, Svvanm: process. Camerae lib. 2. cap. 22. n. 2. §. 7. sequ. Richt:  
 decis. 100. n. 5. & seq. Gail: lib. 1. observ. 9. §. 3. & obs. II. n. 2. item 12.  
 n. 6. Hahn. ad Wesemb: de judicis n. 16. Rhet. ad jus. publ: lib. 4.  
 tit. 12. §. 10. Quirin. Cubach. cent. 3. quest. illust. dec. 10. quest. 6. ibi-  
 que allegat: qui quidem hanc tanquam veriore non veretur  
 defendere. Judice tanquam persona principalissima constitu- 65.  
 to, & foro competente perlustrato, ordo postularet, Ut de- 66  
 forma quoque libelli pauca quaedam proferrem: consistit illa in  
 suis requisitis, quæ examinat Fabrit: process. judic: tit. 11. p. 681.  
 ex Panormit: in cap. 1. de libell: oblat & Maranth. specu: aur:  
 n. 17. par. 6. v. libellus, debetque continere primum diffamati-  
 onis narrationem, tanquam factum, & causam 2. expositio-  
 nem periculi & damni inde dependentis. 3. Implorationem  
 officii judicis, de certo termino diffamanti assignando, in-  
 tra

tra quem ius suum persequatur & si intra eum non compa-  
 ruerit, vel jus suum deduxerit, silentium imponendum  
 veniat; an autem duo libelli dari debeant, vid. Quir:  
 Cubach. *quest. illustr. cent. 3. decur. 10. quest. 6. p. 935.* Just:  
 Sinold: Schutz: *vol. 2. disp. 7. thes. 10. lit. a.* ubi plura de libello.  
 67. Formulas plures illius suppeditat Blum. in Supplicationi-  
 bus Cameralibus *Tit. 10.* ubi vel undecim exempla proponit; in  
 reliquis suffecerit digito unum alterumve Doctorem demon-  
 strasse, ex quibus commode plura peti possint, vid. proinde  
 Blar: *cap. 5. n. 49. seq.* Gilman: *tom. 4. p. 2. suppl. 5. §. 72. item*  
*105. citat.* Svanne: *obser. Camer. 161.* Frid. Fabrit: *corp. jur. Camer.*  
*tit. n. p. 669. ubi pag. 681.* requisita illius examinata. *add. Dn. Richt. decis.*  
*100. n. 24.* Quir: *Cubach. quest. illustr. cent. 3. decur. 10. quest. 6. p. 934.*  
 alique processuum scriptores. ubi vel hoc obiter monuisse  
 suffecerit, esse ipsum adiciendum dolum, & diffamantis ma-  
 98. lignitatem. Causa vel summarie probanda venit, ut exinde  
 69. constare judici queat, sine citandus an secus, quod etiam  
 in Camera obtinere docet Roding: *jur. Camer. lib. 1. tit. 14. §.*  
*7. p. 154.* ne fama innocentis laedatur, ipsique ex inimicitia agre  
 70. fiat. Causa insuper cognita fieri debet, debet autem ante-  
 quam citatio emittatur constare de diffamantis dolo & mali-  
 tia, secus enim ipso jure nulla foret! test. Blar: *pag. 33. ad h. l.*  
 nec sufficit unica sed & altera Mevi *p. 8. decis. 190.* Imo quan-  
 71. doque tertia etiam accedere debet: Carpz. *proces. jur. tit.*  
 72. *20. art. 3. §. seq. §. 4. §. prax. crim. p. 2. qu. 97. n. 74* quoadere vid. Just:  
 Sin: Schutz. *colleg. Jur. Publ. vol. 2. Disp. 7. thes. 10. lit. F. p. 389.*  
 73. ne praeter suam culpam causa forte pars innocens cadat, quod  
 contumacia non praesumatur, sed de ea ex certissimis argumen-  
 74. tis constare debeat; imo unica sit causa imponendi silenti-  
 um, teste Blar: *cap. 9. n. 6. §. Cael. Contard: cap. ult. n. 89.* quod  
 75. contempta iudicis auctoritas, merito poena afficienda veniat,  
 nec comparenti silentium imponi queat, teste *eod.* Priusquam  
 76. ergo in contumaciam procedatur, prius contumaciae convin-  
 77. cendus Reus, monente Caesar: Contard. *cap. 5. n. 86.* ita ut vel  
 78. post lapsum terminum adhuc veniat citandus, ad audiendam  
 sententiam

sententiam, *d. Auth. cit. loc. n. seq.* quod quævis etiam levissima ex- 79.  
 cusatio, ut vel in trivis constat, sufficiat ubi quoq; circa terminū  
 notandum, eundem non nimium esse coarctandum, quod 80.  
 hic agatur de re maximi præjudicii, ne exinde processus i- 81.  
 pso jure reddatur nullus, si autem in termino compareat, 82.  
 & libellum porrigat, prima petitio solvitur in vim simplicis ci- 83.  
 tationis & exceptionis. *Cæs. Contard. cap. 5. n. 41. ibique citat;* 84.  
*quasi 5.* Nullum autem dubium, quin variis exceptionibus i- 85.  
 pse diffamator jure optimo uti queat, tam adversus 86.  
 personam judicis, quam Rei, modo justo tempore & or- 87.  
 dine proponantur: sin ergo ipse emanerit diffamans, nec a 88.  
 diffamando discesserit, ipsa a judice fertur sententia, ut sub  
 pœna perpetui silentii, ab ejusmodi absteineat diffamatione: 89.  
 quæ iterum iterumque neglecta, ipsa sequitur silentii imposi-  
 tio, quæ postquam in rem judicatam; ivit, vel aliis remediis 90.  
 adversus ipsum diffamantem diffamatus procedit. Est autem  
 silentium imponere, nihil aliud quam audientiam denegare,  
 monente *Cæs. Contard. cap. 5. n. 39.* qui plures inibi adducit  
 & leges & Doctores, ita ut si postmodum agere coram illo ju-  
 dice velit, non audiatur add. *Hieron. Cognol. n. 1.* Ita ad *Effectum* 91.  
 merito referendum, quod nec ad famæ & æstimationis læsæ resti-  
 tutionem, nec ad pœnam diffamanti imponendam tendat.  
*Carpz. pr. Crim. p. 2. quasi. 97. n. 68.* item quod diffamans non  
 gravetur palinodia, sed sub pœna perpetui silentii actionem  
 adversus diffamatum instituere, & injurias probare teneatur.  
*id. ibid. n. 69.* nec litis præventio inducatur, sed diffamanti 92.  
 integrum sit in actione, eligere judicem quemcunque velit *id. 93.*  
*n. 70.* est autem Judex, quem oculus justitiæ, quod causas co- 94.  
 gnoscere debeat, ne quis innocens injustè cum famæ periculo  
 & bonorum, litibus exponatur, jure merito vocat *Blar. cap. 2.*  
 in hac ipsa causa is, cujus jurisdictioni subest diffamatus, tan-  
 quam Reus in judicio principali: *Carpz. process. jud. tit. 20. art. 2.*  
*§. 1. Trentazinq. pr. art. resal. lib. 1. tit. de diffamar. n. 6. Gail. lib. 1. obs.*  
*9. Mynsing. seni. 6. obs. 90.* est enim diffamans actor in causa prin- 95.  
 cipali,



cipali, sicque tenetur sequi forum Rei: diffamando enim &  
 traducendo, tacite videtur elegisse iudicem diffamati: *Cubach*  
*cent. 3. p. 931 ibique citat:* quamvis etiam videri possit fatius esse  
 96. dicere, quod extraordinarium in odium diffamatorum sit  
 97. constitutum. Debet autem libellus simplex iudici offerri, quod  
 is nisi imploratus nemini siveverit officium suum impertire. *L.*  
 98. *4. §. 8. de damno infecto*, pro impetrando processu, & citatione  
*Blar. cap. 5. n. 4. seq. Boer. dec. 215. n. 9. Schütz. vol. 2. jur. publ.*  
 99. *disp. 7. sb. 9.* quamvis non desint, qui putent sufficere vel solam  
 100. & nudam iudicis implorationem: cum autem nonnulli præven-  
 tionem ex parte actoris locam dari velint, rectius tamen sentiunt  
 in negativam descendentes, cum in ipsius sit potestate, in iudi-  
 101. cio diffamatorio eligere si in pluribus locis conveniri  
 102. diffamatus queat, nec præventio in iudicio diffamatorio  
 præiudicium parere in causa principali potest. propterea  
 103. Quod separata sint iudicia, à separatis autem nihil inferatur,  
 vid. omnino *Barbosa adq. etim Dn. Tabor. voce separatio*  
 104. *Zanger. de exceptionibus p. 2. cap. 13. n. 14. & seq. Quamvis in con-*  
 105. *trariam pedibus eant sententiam. Mund. cap. 5. §. 11. n. 36. seq. Bla-*  
 106. *rer. cap. 4. n. 40. seq.* in diffamatorio autem iudicio res secus se  
 107. habet. *Carpz. process. Jud. tit. 20. art. 2. n. 17.* Ratione iudicis por-  
 108. rò distinguendum inter iudicium diffamationis, quod alias præ-  
 parans vel provocans vocatur teste *Richt. decis. 100. n. 3. seq. & acti-*  
 109. *onis sive causæ principalis, quod alias dicitur preparatum: teste*  
*Richt. cit. loc. Johan. Ferar. Mont. ad b. l. n. 13. Illud tendet so-*  
 lum ad inferendam necessitatem agendi diffamatori, hoc vero  
 materiam Diffamationis prosequitur *Svvanmi lib. 2. tit. 22. n. 1.*  
 110. *Gail. lib. 1. Obs. 11. n. 2* exque eo *Mev. part. 8. decis. 169. n. 3* in priori  
 diffamatus habetur actor, in posteriori diffamator, *Richt. par. 2.*  
 111. *decis. 100. n. 3. Zanger. de except. part. 2. cap. 12. n. 21. Carpz. resp.*  
*lib. 2. resp. 34. n. 5.* In iudicio diffamatorio Actor queritur se à reo  
 diffamari de suo Statu sive Crimine quodam *Gail. lib. 1. Obs. 9.*  
 112. *n. 1. seq. Roding in Pandect. Camer. lib. 1. tit. 14. §. 1. Ordinat. Ca-*  
*mer. part. 2. l. 25.* in iudicio itidem principali sive actionis proces-  
 sus:

sus dirigitur ad normam ordinarii processus, porrigendo scilicet libellum, opponendo exceptiones, litem contestando, juramenta deferendo, testes & instrumenta producendo vid. *Blar. cap. 7. n. 9. Scap. 9. Coch. prax. for. Germ. part. 2. p. 179.* Judicium diffamationis & summarium & extraordinarium contra communis juris regulas *cor. tit. Codic. ut nemo invitus agere cogatur*, in quo de veritate solummodo iactationis & traductionis, impositioneque perpetui silentii agitur, cum iudicium actionis sit ordinarium, à diffamatore prætenso in termino præfixo non comparante, institutum vid. *Rod. Pand. Cameral. lib. 3. tit. 48. Gail. lib. 1. obs. 9. n. 7. Schutz. dl. 1b. 8. lit. H.* Requisita hujus processus præprimis tria video a Doctoribus constituta (1.) ut adsit diffamationis ini- 113.  
 quitas. (2.) Diffamationis probatio *Carpz. process. Jur. tit. 20. art. 3. §. 1. n. 1. seq.* quod innuunt verba *S. s. würde nun Diffamat die angegebene Diffamationsgebührlich bescheinigen / Svanm. Obs. 163. n. 2.*  
 (3.) Contumacia diffamatoris, horum unum si defecerit, Diffamationis nomen haud meretur, multo minus in iudicio ejusmodi accipienda imploratio: quod deficiente Debito requilito, etiam deficiat effectus: quænam autem requisita ratione process. *Cameral. vid. apud Roding. lib. 1. tit. 14. §. 2. seq. & Just. Sinold. Schutz. Coll. Jur. Publ. vol. 2. Disp. 7. t. bef. 9. Reth. Inst. jur. publ. lib. 4. 1b. 12. §. 4. 56.* Antequam autem colophonem imponamus huic 114.  
 capiti, è re crediderim paucis adjicere differentiam juris cameralis & communis, cum enim jura communia ad normam Camera quantum fieri potest instituenda veniant, quod & ordinationes plerarumq; Provinciarum Germania, præprimis Megapoleos uti non semel me ex ore Excell. Dn. Præsides observare restantur memini nihilominus tamen, una alterave occurrat differentia, hic easdem pandere fert animus, quamvis non minimam hac in re posuerit diligentiam, & operam Dn. Svanm: 115.  
 in differentiis suis juris civilis & Cameralis; differunt proinde ratione objecti, quod ut superius monui, hodie omnis causa quoquo modo ad alterius denigrationem & alterius famam & honorem lædendam spectans, quo jure quave injuria alias,

C s

moni-

- monitum, cum maxime redoleat abusum & pedetentim irre-  
 plisse videatur. Perez. *ad Cod. b. e. n. 10.* Minling. *cent. 5. obs.*  
 81. n. 2. Alexand. *vol. 5. conf. 103.* Svanm: *obs. Cameral. 161. n. 3.*  
 Roding: *Pand. Cameral. lib. 1. tit. 14. §. 10. lit. F. v. differunt. p. 257.*  
 Cothman. *vol. 2. resp. 83. n. 12. seq. iudicium autem Camerale requi-*  
 rit causas maxime arduas, quales turbata pacis, atrocioris in-  
 juria & ad publicum scandalum vergentes. Svanm: *obs. 169. n.*  
 8. Gail: *lib. 1. Obs. 9. n. 1.* Bluhm. *process. Came. tit. 36 §. 4.* ubi no-  
 tandum tamen restringi solum ad immediate subditos. Magen.  
 116. horst. *Comment. Camer. Ord. p. 2. p. 247.* Roding: *d. 1. (2.)* Jure  
 communi duplex competit iudicium, diffamationis scilicet &  
 actionis, posterius autem ad Cameram æque non spectat, de Ju-  
 re communi iudex diffamanti, competens est regulariter, & quo-  
 ad totam causam; inde diffamantem citat, & non comparenti  
 silentium inungit. Ord. Camer: *part. 2. tit. 25.* Svanm. *process. crim.*  
 117. *lib. 2. cap. 22. n. 1. & differentia Juris Civ & Cameral. 29.* (3.) res-  
 pectu iudicis quod ratione Juris Communis Camerae Jurisdictio  
 sit fundata, vel in utraque causa diffamationis scilicet & actionis,  
 vel in illa tantum vel in neutra; ut constat ex verbis: d. ordinat:  
 118. (4.) Quod Jure Camerali huic remedio sit locus, processusq; de-  
 cernantur, etiamsi publica pax nondum fracta sit, sed saltem  
 frangi timeatur, ne ad arma deveniatur, & sic vel actio  
 detur ex Justometu. vid. Magenh: *Comment. in Ord. Cameral. p. 2.*  
*tit. 25. p. 244.* ubi præjudicio id confirmatur; de jure communi  
 autem requiritur ut diffamationem probare possit ipse diffama-  
 rus, sin secus, frustra implorat legis opem, ubi tamen notat  
 laud. Magenh: in *process. pag. 246.* quod decerni si verit in Ca-  
 mera citatio de non offendendo & quidem ita, ut reus possit  
 comparere & causam adducere (5.) ratione processus Came-  
 119. ralis requiritur probatio facta diffamationis eius *Schiffliche glaub-*  
*würdige Urkund/* quod tamen de jure communi negare videtur  
 120. Roding: *Pand. Cameral. lib. 1. tit. 14. §. 10. lit. H. §. 3. 6.* adfert & ali-  
 am differentiam Roding. *d. 1.* quod constitutio leg: diffamari  
 ex ordinatione, de prompta, fundet immediate jurisdictionem  
 Camerae

Camera, quantum ad impositionem silentii & processum citationis: juris communis vero, non nisi in casu ubi Reus alias prima instantiæ forum, in Camera sortiatu, nec Austregarum judicium habeat, tandem nec abs re obiter monere, affirmativam quandam cum h. n. l. habere beneficium *leg. si concedat* 28. ff. de fidejuss. notante Richt: decis: 100. n. 113. aliisque Doctoribus passim: quod & in tantum locum habet, ut, si causæ competens iudex non sit, qui iudex diffamationis fuit, possit citatum aut revocare domum, aut in suo foro remedio legis *si concedat* ff. de fidei: uti, atque ad deductionem exceptionum, diffamatum in jus vocare. *Mev: p. 6. decis. 9. vid. imprimis Carpz. process. jud: tit. 20.*

### CAP. III. SUMMARIA.

<i>Transitio.</i>	n. 1. <i>Historia abusus.</i>	15.
<i>Abusus L. N. remiss.</i>	2. <i>Judiciorum elusio.</i>	16.
<i>Ratio.</i>	3. <i>ab Advocatis.</i>	17.
<i>Casus singularis.</i>	4. <i>Ejusratio. 1.</i>	n. 18.
<i>pro Amico.</i>	5. <i>2.</i>	19.
<i>Judicis imperitia.</i>	6. <i>Restrictio.</i>	20.
<i>Curia novit jura.</i>	7. <i>Tempore Caroli V.</i>	21.
<i>Exceptio.</i>	8. <i>Remedium quæst.</i>	22.
<i>Exemplum remiss.</i>	9. <i>Nec non Rec. Imp. 1532.</i>	23.
<i>Advocatorum Ignor: &amp; malit.</i>	<i>Emendatio. 1.</i>	24.
<i>Falsa allegationes.</i>	10. <i>Ratio.</i>	25.
<i>Religio.</i>	11. <i>Emendat: 2.</i>	26.
<i>Opiniones Doctorum.</i>	12. <i>Ratio.</i>	27.
<i>Emendatione Opus</i>	13. <i>Casus similes qui?</i>	28.
	14. <i>Swanem: &amp; Cochii Sent:</i>	29.
	<i>Dinais: restrictio.</i>	30.
	<i>Judi-</i>	

Judicii Decisio :	31.	Privilegia Principum semper	
Restrict. Besold.	32.	operantur	59.
Magenborst. sent.	33.	Procurator. nequir. & malit.	60.
Ord. Cam. Emendata.	34.	Præjudicium.	61.
Emendatio. 3.	35.	Extensio.	62.
Emend: 4.	36.	VI. Ratione electionis & Act.	63.
Repet. Ord. Cam. 1555.	37.	Actoris Forum elig.	64.
Emend: Rec. Imp. 1654.	38.	Effectus Judic. diffamat:	65.
Reliqua f. Comprobata.	39.	Præjudic:	66.
Diffamatio nomin:	40.	VII. Citationis.	67.
Probanda.	41.	Res magni præjud. ex diffam:	68.
Occasio reform. Legulej.	42.	Bina ad minimum	69.
Transitus ad abus.	43.	Remissive.	70.
Pra occupatio.	44.	VIII. Banniti & Excommun:	71.
I. Levissima cause.	45.	Excommunic: vel major. l.	72.
Citatio non sac. decern:	46.	min.	73.
Causa hujus, Legul	47.	IX. Combinationis cum Act:	74.
Satius cedere quam litig.	48.	injur.	75.
Judicis officium.	49.	Quæ Ratio Neg:	76.
Reperta in Salurem, non ver-	50.	Differ. Diffam: & Injur:	77.
tenda in perniciem.	51.	Præjudic:	78.
II. Uilioris actionis.	52.	Ratio remiss:	79.
III. Suspecti judicis.	53.	Ineptus libellus.	80.
Coram jud: susp. litigare pe-	54.	Respons: ad Object: Cotbm: &	81.
ricul.	55.	Mund:	82.
Exceptionis incommodum.	56.	Ratio Rationis	83.
IV. Fori declinatori.	57.	Hæc fin Actiõni injur: locus	84.
Ratione Professorum Dd. &	58.	X. Facta injuriarum mentio.	
Cleric.		Hæc ut: prop: se iugulant	
Nequeunt evocari		glad:	
Ratio.			Lib.

<i>Libelli inepti excepti</i>	85.	<i>Præjudicium.</i>	114.
<i>Contardi monitum:</i>	86.	<i>XXIV. Cognit. caus. pet. rejectio.</i>	115.
<i>XI. Ratione Action: injur.</i>	87.		115.
<i>Præjudicium.</i>	88.	<i>Reconventio.</i>	116.
<i>XII. Inquisit. vel action: injur.</i>	89.	<i>Libellus resolu. in vim excepti.</i>	117.
<i>XIII. Non illata injuria.</i>	90.	<i>XXV. Legitimationis.</i>	118.
<i>Probatio cui incumbat.</i>	91.	<i>XXVI. Litis pendentie.</i>	119.
<i>Præjudicium.</i>	92.	<i>XXVII. Sub &amp; Obreptionis.</i>	120.
<i>Ratio Abusus.</i>	93.	<i>XXVIII. Crediti conditionat.</i>	121.
<i>Jure suo utens nemini facit in-</i>		<i>De futuro nullum judic</i>	122.
<i>juriam</i>	94.	<i>Exceptio Plus petit.</i>	123.
<i>XIV. Termini angustiar. prob.</i>		<i>Præjudicium.</i>	124.
<i>bat.</i>	95.	<i>XXIX. Proposita actionis nove</i>	
<i>XV. Termini intra quem ag.</i>	96.	<i>litis inchoata.</i>	125.
<i>XVI. - - rat. comparit.</i>	97.	<i>Ratio que?</i>	126.
<i>XVII. Loci non tuti.</i>	98.	<i>XXX. Ratione possessionis</i>	127.
<i>Cujus Securitas laudanda.</i>	99.	<i>Prior causa possidentis.</i>	128.
<i>An persecutiōni hic locus in a-</i>		<i>Non gravandus prob. onere.</i>	129.
<i>lieno judicio.</i>	100.	<i>XXXI. Ratione exemptionis.</i>	130.
<i>Salvi Conductus efficacia.</i>	101.	<i>Declaratio.</i>	131.
<i>XVIII. Feriarum.</i>	102.	<i>XXXII. Ratione comparitionis.</i>	
<i>XIX. Guaranda.</i>	103.		132.
<i>XX. Libelli inepti.</i>	104.	<i>Præjudicium.</i>	133.
<i>XXI. Oblatio Libelli.</i>	105.	<i>XXXIII. Termini angustii</i>	134.
<i>Mutat actionis genus.</i>	106.	<i>Remissive</i>	135.
<i>Hujus neglectus.</i>	107.	<i>Termini ang. gravatio.</i>	136.
<i>XXII. Except. compet. reject.</i>	108.	<i>XXXIV. Continentia causa</i>	137.
<i>XXIII. Ratione nomin. Aut.</i>	109.	<i>Finem huic rem. imponit.</i>	138.
<i>Revelatio quat. relevet.</i>	110.	<i>XXXV. Innocentia diffam.</i>	139.
<i>Aliud dicere aliud referre.</i>	111. 112.	<i>Quando sine culpa censeatur</i>	
<i>Autoris laudatio</i>	112.	<i>constituit</i>	140.

D

8

<i>Si praeberit, à limine iudicii removendus.</i>	141.	<i>Ratio dubit.</i>	162.
<i>Vituperium Causidicorum</i>	142.	<i>Ratio decid.</i>	163.
<i>XXXVI. Non orientis praed.</i>	143.	<i>Ipso jure haec nulla:</i>	164.
<i>Prurigo litigandi</i>	144.	<i>XLIV. Silentij non infam:</i>	165.
<i>XXXVII. Ratione juris Tertii</i>	145.	<i>An promanet ex fonte injur.</i>	166.
<i>Emplastrum generale</i>	146.	<i>Non eadem cum act. injur.</i>	167.
<i>Cui verba non conveniunt nec convenit dispositio.</i>	147.	<i>Ratio.</i>	168.
<i>XXXVIII. Non Competentis act.</i>	148.	<i>Finis citationis</i>	169.
<i>XXXIX. Diffamatio facta prob.</i>	149.	<i>XLV. Appellationis</i>	170.
<i>Peritio quom: insti:</i>	150.	<i>XLVI. Ratione Fatalium.</i>	171.
<i>XL. Ratione citationis ad audi- end. sent:</i>	151.	<i>Currunt de momento in mo- mentum</i>	172.
<i>XLII. Multa non citati</i>	152.	<i>Ratione absentia.</i>	173.
<i>Contumax ultimo parens praec. non mulctatur.</i>	153.	<i>Vel Procur. de defectu.</i>	174.
<i>XLIII. Citat: ad vid. se multa- ri.</i>	154.	<i>Fatalia dupliciter consid.</i>	175.
<i>Nullitatis commissio</i>	155.	<i>Regular: quid obtin.</i>	176.
<i>Pæna remissio.</i>	156.	<i>Contumac. pæna</i>	177.
<i>XLIII. Sententia lata Sine definitiva</i>	157.	<i>A tempore scient: quando currat.</i>	178.
<i>An sententia nomen mereat- ur.</i>	158.	<i>Ratio.</i>	179.
<i>Sine Decretum duntaxat.</i>	159.	<i>Fama &amp; Vita par: pass: amb.</i>	180.
<i>Interloc. vim defn. habens:</i>	160.	<i>Judicis in rest. Partes.</i>	181.
<i>Sententia in abs. lata.</i>	161.	<i>Remissive</i>	182.
		<i>XLVII. Nemini injuriam facit suo jure utens.</i>	183.
		<i>Proferens ad cause justitiam competentia non calumnia- tur.</i>	184.
		<i>Ratio.</i>	185.
		<i>Quilibet verborum suorum in- terpres.</i>	186.
		<i>Cause optima perditio</i>	187.

XLVIII

XLVIII. Diffamatio facta pro banda.	188	Ubi locum habeat.	199.
Præcedente summaria cognit.	189.	Differentia privilegiorum.	200.
Impositio silentij per abusum	190	Ratione litis pend. in Clericis	201
XLIX. Si neget diffamationē.	191	Præjudiciū	202
Negatio vel aperta vel virtualis	192.	LII. Litis pendentie.	203.
L. Comparsente diffamante	193.	Refutatio Job. Bapt. Severin.	204
In Camera quid obi: remiss.	194	LIII. Ratione Fori	205.
LI. Litis pendentie.	195.	LIV. Ratione Fiscalis	206
Non habet locum preventio	196	Ratio dubitandi	207
Exceptio in for. privileg.	197.	Ratio decidendi.	208.
Privil. contra privil. non utitur privilegio.	198	Remotio Script. ab Actis.	209
		Reip. interest ut plectantur delicta.	210.
		Gratias actio.	211.

Progredior tandem ad caput tertium; ubi (1.) Ulterius de hujus legis abusu quædam proponenda veniunt, quem vivis plane depingit coloribus Blarer: *cap. i. n. 6.* quorsum me brevitate studio refero adde Gualt. *Gymn. in addit. lit. E. Johan. Ferar. Montan: ad L. n. n. 9. Sarmient lib. 1. Select. sent. 2.* Accidit quippe & huic nostræ constitutioni, quod & aliis plurimis obvenire memini, ut occasione quadam singulari, vel quod casus pro amico quandoque decidendus forte venerit, quanquam me haud lateat, quid alii hac de re sentiant, præprimis Zigl: Dicast. *concl. 41. Bitzkius in singulari tractat:* nec non alii Jcti clarissimi; quandoque & ansam præbere videtur Judicis imperitia; licet enim secundum commune proverbium curia sciat jura, sapè tamen & imperitis judicia committi, est in proparulo: quod imprimis in civitatibus, ubi causæ judici inferiori dijudicanda committuntur, uti in multis locis, locum habere Lippis notum atque tonsoribus, & quotidianæ querelæ sapius aures obtundunt, cujus rei egregium & lectu dignissimum nobis præbet

D z

ex. 9.



exemplum, de Consule quodam in civitate quadam Imperiali  
 tecto quamvis nomine, ex quo de iniquitate in iudicio quandoq;  
 obveniente constare poterit, prolixior in narratione clarer. *cap. 10.*  
 10. n. 19. accedit quandoque advocatorum sive ignorantia sive ma-  
 11. litia, qui ob sacrum denarium cœlum & terram miscere haud  
 12. verentur, falsisque allegationibus saepe iudicis animum in suas  
 13. trahunt partes, & quis enumeret omnes casus & occasiones  
 huic abusu ansam præbentes: cum videamus vel ipsum reli-  
 14. gionis obtentum quandoque non parum conferre, præpri-  
 15. mis autem & primo loco quidem variæ Doctorum opiniones  
 fuissent allegandæ; ubi alter alterum seu grus gruem sequitur, &  
 16. quis omnes enumeret & casus & causas; cum abusu hic adeo  
 eundo vires acquisiverit, ut emendatione quadam omnino  
 17. indiguerit, quâ ratione brevem quandam Historiam annexam,  
 18. antequam ad enumerationem indigatorum abusu pedem  
 19. promoveam; cum scilicet adverterent Proceres & Status Imperii,  
 20. judicia Cameralia eludi, hoc ipso remedio, alias in salutem  
 innocentium quondam lato, ita ut à maleferiatis causarum Pa-  
 21. tronis, in causis quoque triobularibus adhibeatur, in eum dun-  
 taxat finem, ut ita præoccuparent actoris intentionem, inque  
 22. Camera introductam postmodum desererent, hacque ratio-  
 ne lites immortales facerent: sollicitissime ea propter Imperii  
 23. Proceres de restringendo hujus legis usu & praxi, & quan-  
 tum quidem ex Recessibus imperii est colligere, primum tem-  
 24. poribus Caroli V. Imperatoris invictissimi, qui non armis minus  
 decoratus quam legibus armatus, saluti Reipubl: quam maxi-  
 25. me invigilavit, in Comitibus Augustanis Anno 1530. præterito se-  
 culo habitis §. 93. videmus sollicitos hac de re quam maxime fu-  
 isse, cumque nec eo ipso tempore poterat tolli vitium, quod  
 tam altas radices egerat, biennio post, anno scilicet 1532. in Re-  
 cessu Ratisbonensi iterum emendationem suscipere, in ibique  
 sancitum I. Ne processus ex hac nostra lege in iudicio Camerali  
 cœpti intermitterentur, quod ad protelationem causarum,  
 sæpius moverentur, postmodum autem partes desisterent,  
 ubi

ubi optata obtinuissent II. Ad certum numerum & ad certas cau- 26.  
 sas restringere placuit, ne promiscue in omnibus fatigarent 27.  
 & iudicem & partes, fractæ pacis scilicet injuriarum & similes. 28.  
 Quænam autem illæ causæ similes sint, gravis quæstio inter Do-  
 ctiores suborta; Blum *process. camerae tit. 37. §. 15.* Svanm. *obs. 161. n.* 29.  
 6. qui putat cum Casp. Kochio hæc verba generalitate sua inclu-  
 dere omnes omnino causas, famam & existimationem quo-  
 quo modo ludentes, quamvis ab aliis vox dergleichen rectius  
 restringi videatur, ad certas duntaxat quasdam causas, quam 30.  
 sententiam fovet Denais: *de jure Camerae tit. 174. §. 2.* & quan- 31.  
 quã alii iudicis arbitrio dijudicandum id relinquunt, argumento  
*leg. 1. de jure deliber.* sunt tamen qui restringendum id censent. 32.  
 vid: Befold: *Thef. Pract. voce dergleichen* Julian: *Magenh: comment*  
*in Ord. Cameræ ad h. l. pag: 247* vult in antiqua ordinatione hoc 33.  
 verbum omissum, ubi in simul notandum, isto *Tit. 25. Ord. Cameræ*  
 pro diffamaten esse legendum. diffamanten addi hæc de quæsti- 34.  
 one Schütz. *colleg. jur. publ. vol. 2. disp. 7. p. 383.* III. inter personas 35.  
 Imperii immediatas, IV. præcedente causâ cognitione, quæ  
 fere omnia in Ordinat. Cameræ de Anno 1555. *p. 2. tit. 25.* re- 36.  
 petita legas, Tandem novissimo Imperii Recessu de 1654 qui 37.  
 ansam huic dissertationi præbuit, provisum (1.) abusus hujus remedii 38.  
 emendatus, (2.) in cæteris processibus communis juris civilis com-  
 probatus (3.) ut diffamatio diserte nominetur in iunctum, utque 39.  
 æqualiter probetur diffamatio, post citationem autem (4.) ple- 40.  
 na accedat probatio, ut vel inibi formetur processus vel re- 41.  
 mittatur: uti latius hæc ipsa deducit Schütz *vol. 2. disp. 7. tit. 9. lit. A.*  
 Ex quibus constat causam præbuisse & occasionem huic re- 42.  
 formationi legulejos, ad quævis etiam nullius momenti negotia  
 adhibere s'voti, si forte abs aliquo quis in scriptis impetitus vel de-  
 fensionis ergo fuisset, ceu non male censet dictus Sinold: Schütz,  
*d. vol. 2. disp. 7. thes. 8. lit. G.* Cum autem tempus aurem vellicet conver-  
 to me ad varios passim apud authores obvios casus, ex quibus 43.  
 sufficienter constare de ipsis abusibus queat, non quod credam

44 me singulos hic esse recensuros, hoc enim & plus temporis  
& operæ requireret; sufficiat ergo vel ansam majoribus præ-  
buisse. Esto ergo.

45. I. Abusus, quod videamus hodie hoc remedium alias  
46. saluberrimum adhiberi, ad quasvis vel levissimas causas. Bar:  
cap. 1. n. 1. exque eo Richt: decis: 100, n. 23. ubi quidem citationem  
non debere decerni, laudati statuunt Doctores; nec non  
Gillhausen tit: 3. n. 18. ita ut ad perniciem aliorum extendatur  
quandoque. Notissimus enim mos malefactorum caudico-  
47. rum, qui in scriptis famam alterius vellicare haud verentur,  
variis probris invicem certantium, contra expressam leg. 6. §.  
1. Cod. de postul: vel unice in eum finem ut parti adversæ agre-  
48. faciant, sumtibus & laboribus eandem fatigent, ita ut vel  
justam deferere causam cogantur, satiusque censeant cedere,  
quam periculi & nauseæ plenam recipere sferam. Ut  
recte sapius laudat: Schütz: colleg: Jur: Publ. vol: 2. Disp. 7. ch. 8.  
49. Lit: G. ad cujusvis cordati judicis officium quam maxime spe-  
ctare velit, sedulo attendere & præcavere, ne legis hujus reme-  
50. dio, tam temere ejusmodi flocci & nihili, homines abu-  
rantur, & id quod in salutem repertum, in perniciem bono-  
rum vertatur.

II. Ex superiori capite constat, quod ad hujus reme-  
51. dii formam dolus requiratur, & ita ex levi & ludicra re,  
judicium non sit inquietandum, ubi nec quicquam  
periculi aut detrimenti, vel præjudicium aliquod famæ  
aut existimationis subsit: aut bonis damnum aliquod immi-  
nere præsumtive queat, citationem decernendam haud esse:  
non tamen desunt qui quandoque ex causa frivola judicem  
non tantum adire: sed & enecare quasi haud vereantur, per-  
suasissimum sibi habentes, posse vel ex quavis frivola imo nau-  
ci & nihili causa, inquietari & judicium & adversarium: unde,  
non minimum præjudicium exsurgit huic remedio alias utilissi-  
mopariter desideratissimoq; vid: Richt: d: decis: 100. n. 23.

III. Si pedem proferimus ad ipsum judicem, erit advertere  
52. licere uti exceptionibus, vel contra ipsum judicem, si is suspecti  
postu-

368  
postulari possit, coram quo scilicet litigare periculosum, teste 53.  
Donell. *lib. 17. cap. 25. in fin.* cum autem iudicis sit, de ipsa recognoscere incompetenti, vixque fieri possit quin se competentem pronunciet, causa procul dubio casus est, hac qui exceptione alias legitima fuerit utilis. 54.

IV: Sic non minus exceptio fori declinatoria à Doctoribus locum habere statuitur, ubi nempe diffamatus inferiori instantia neglecta, statim se ad superius iudicium, non sine insigni abusu confert. teste Mund: *lib. 5. cap. 4. §. 4. n. 6. Blar. cap. 7. n. 11.* 55.

V. Porro constat ex famosissima & nobilissima *authen. Cod: habita* Doctores, Professores quique Clericorum nomine veniant, non posse apud extraneum iudicem conveniri, sed si quid adversus eos quispiam iudicio experiri velit, ad eundem esse Episcopum, sive coram quo alias stare tenentur, nec ad peregrinum iudicem eosdem evocari posse, ob studiorum favorem, ne scilicet Professores ad alium iudicem vocati, studiis suis & operis academicis vacare teneantur *Pac: ad d. authen. aliiq; Doctores; quodq; absonum foret Professores & Clericos nulla privilegia, præ aliis illiteratis civibus & subditis, ratione ordinis iudicarii habere, cum de aliis constet ex nullo capite ad alium iudicem vocari posse, nisi unico hoc casu, quod actor semper & ubiq; cogatur sequi forum Rei, ut ergo Professoribus exemptis, plus propter privilegia Cæsarea tributum censeatur, dicendum utiq; , vi hujus legis ad peregrinum tribunal vocari non posse, quod alias Privilegia Principum nihil operarentur, quæ tamen benigne & cum virtute operandi interpretari omnino debent, ut est videre ex l. ult. ff. de const. Princip. quemadmodum recte ita argumentatur sæpe laud. Dn. Richt. *decis. 100. §. 24. 39. 40. & seq.* nihilo tamen secius videmus, quorundam causidicorum malitiam ne dicam an nequitiam, istuc quoq; procedere, ut hisce omnibus susq; deq; habitis, non vereantur neglecta hac ipsa authentica, indeq; concessis in studiorum gratiam privilegiis, vel ad forum extraneum hos ipsos evocare, privilegio sic satis munitos Academicarum Antecessores seu luculento probat præiudicio 91.*

62. dicio quodam, inter Hans von der Süsse auff Wickeroda contra Professore[m] quondam Griffsvvaldense[m] Johan Bolraße, uti pluribus videre apud Richt: *allegat. l. Quin & idem in Studiosis locum habeat, minus dubitandum, ob Authent: generalitatem, quodque privilegia non sint restringenda sed amplianda.*

63. VI Quamvis convento *ex leg: diffam: electio fori & actionis competat, quod ipsi ubi & quomodo agat liberum sit*  
64. relictum arbitrium, Actorque hoc beneficio gaudeat, ut forum eligat ex pluribus, quodcunque placitum fuerit, *obleg: fin: Cod: ubi in rem act: ibiq; Id. quodq; agendi necessitas, quæ ex diffamationis iudicio locum habet, eo tantum spectet, ut, de eo quod in diffamatione, agatur, aut perpetuo sileatur. Quo actionis autem genere, quis experiri velit, nihil referat, nec ad illud iudicium spectet, potius a fori integrum sit quo experiri velit, uti præiudicio probat Dn. Mevius in casu civitatis Greiffsvvaldense[m] contra Universitatem p 8. decis. 169. tamen videas & quandoq; nec hanc quidem concedi licentiam, sed frustra hac opposita exceptione, nihilo secius pergi in ipso processu & iudicem causam ad se trahere, insigni huius legis abusu.*

67. VII; Ita reperiuntur qui statuunt, vel unicam sufficere citationem, parum pensi habentes, quod hic res maximi præiudicii: quare duas ad minimum requirunt Doctores, ne præcipitantia nimia diffamanti injuria fiat Schütz. *2. l. eb 8. L. F.*

70. VIII. Ita testantibus Authoribus in Bannito & Excommunicato cessat, quod per indirectum ipsi concederetur, quod directo negatur Gail. de pac. publ lib. 2. cap. 11. n. 7 seq. & cap. 12. n. 24. & 28. Grevej. conclus. 9. consid. 2. circa fin. Gædde: consil: 28. n. 118. sind aus den Frieden in Unfrieden gesetzt / *Id vol: 2. cons. 28. n. 112. & seq. per tex in cap. felicitis extra de penis in sexto. Ordin. Camer. part. 2. tit. 9. Just: Sin: Schütz. Colleg: Jur: Publ. Vol. 2. disp. 7. lit. D. quamvis contrarium sentiat Mund: cap: 4. n. 16. & seq: Blar: cap: 3. n. 6. quod ex abusu & sequiori huius legis intellectu, proficiscitur, nisi forte*

569  
forte distinguant inter excommunicationem majorem, quæ 72.  
hic intelligitur & minorem ubi hac actione uti omnino in-  
tegrum; quod sit species quædam defensionis: quod autem de  
Bannito dictum recte, etiam extenditur ad excommunicatos  
ex communicatione majori, ob rationis identitatem.

IX Maximus quoque hujus juris abusus; quod reperiantur 73.  
etiam non ex infimo subfello JCTI qui contra juris sym-  
metriam in uno eodemque libello combinari & cumulari 74.  
posse hujus constitutionis actionem rentur, una cum actione  
injuriarum, quemadmodum videre apud Mund: *cap 5. §. 2. n.*  
*124. post. Cothman: vol. 3. cons. 4. n. 33. per. leg. 7. §. 5. ff. de injuri.*  
*per leg. 2. §. 4. quod Legar. parum curantes, quod actio injuria- 75.*  
rum directo competat ex detractione contumeliosa animo  
injuriandi facta, actu contra legem diffamari, ex diffamati-  
one dari, quæ saltem oblique tendit in detractionem alte-  
rius famæ honorum & honoris. vid. Blar. *in argumenta n. 2.*  
*seq. Carpz. p. 4. cons. 42. def. 15. Gail: lib. 1. obs. 9. n. 7. ubi Grav.*  
*confid. 1. n. 4. Sin: Schutz. colleg. jur: Publ. vol. 2. disp. 7. thes. 8. lit.*  
*D. Cont. ad b. l. cap. 4. n. 99. § cap. 1. n. 31. Carpz. lib. 2. resp. tit:*  
*4. resp. 93. Richt: p. 2. decis. 100. §. 6 n. 36. per. leg. post actiones §.*  
*per hanc ff. de rei vind: Finkelstr: obs. 51. per tot: ut etiam præju- 76.*  
dicio quodam corroborat Richt: *decis. 100. n. III. Jenæ in causa*  
ad requisitionem Joachim Mizloff sequent. verbis aber actio in-  
juriarum mag. cū lege diffamari Cod: de ingen: manum. in libello  
zugleich nicht cumuliert werden. Plures rationes vide sis apud 77.  
Carpz. *process. Jud. tit. 20. art. 2. §. 4. n. 26. seq.* ubi subnectitur  
formula sententionandi würde kläger eine förmliche klage anstellen/und  
beklagten entweder actione injuriarum oder ex lege diffamari allein  
belangen &c. ita ut propter ineptam cumulationem appellatio- 78.  
nem rejectam præjudicio confirmet Finckelth. *d. l. n. ult.* nisi  
velimus dicere, Dn. Cothman: pro amico dict. Responso 79.  
responsum tulisse, eumque ob famæ celebritatem Mundium esse  
secutum. vel esse distinguendum inter propositionem theore- 80.  
ticam & practicam: quod adductæ rationes & aliæ satis abusum 81.  
hujus

82. hujus positionis arguant, minus autem dubitandum, posse hac finita, injuriarum dari actionem monente Finckelt. *de Carpz process. Jud: tit. 20. art. 2. §. 4. n. 34. seq.*

83. X. Præterea insignis abusus, qui itidē à Finck. *l. l.* notatus, & ante illum à Contard. *ca. 5. n. 33.* Quod quidam vel ex fervore, vel ut ægre partī adversæ faciant, vel etiam ex supina ignorantia, non vereantur in libello supplico mentionem quoque injicere injuriarum, sibi scriptis vel verbis illatarum, cum uti ex superioribus jam patet, diversissimæ hæc sint actiones, totoque inter se quasi cœlo differentes, qui proin pretium

84. merito ob Stultitiam ferunt, quod se semet suo jugulent gladio, uti loquitur Finckelth: meritoque incurrunt reprehensionem libelli inepti, ita ut vel hac solummodo opposita exceptione, à limine Judicii veniant removendi inanēs istiusmodi querulantes, ita ut principali vel de restituendis sumptibus jure merito teneantur: quæ de re observari meretur, monitum

85. Cæs: Cont: *cap. 5. n. 33.* illud, inquit, admonéo, ne in libello mentionem facias, quod animo injuriandi quis te diffamet.

86. XI. At tamen licet hæc condictio plane diversa ab actione injuriarum, videmus tamen magnam cum illa habere affinitatem, cum vel ex illa oriri videatur, hanc non minus ac in injuriis, declarationi est locus, quæ facta actio cessat; non minus a. habere hoc locum ex actione legis nostræ, constat ex quodam

87. præjudicio, quod a collegio Jenensi Anno 1607. Senatui Rostochiensis datum, in causa Albrecht Stechau & Doct. Georg. Lublau. uti id refert Dn. Richt. *decis. 100. n. 110.* videmus tamen à nonnullis credi, non esse locum declarationi, sed sive neget sive affirmet diffamans prætextus, sive animum declarat sive non, vel omnibus invitis Gratiis imponendum esse silentium, quantum autem abusus hinc hujus legis dispositionis, vel ipsa sana dictitat ratio.

88. XII Sic constat hoc remedium non esse adinventum ut avertatur inquisitio, vel etiam intentata injuriarum actio, quoniam non debet præjudicare tertio, nec id quod in salutem alterius

alterius repertum, in alterius damnum vergere: uti pluribus id deducit Dn: Carpz: *process. jud: tit: 20. art: 2. §. 6. n. 45. seq: quod tamen hodiè non semper observari quotidiana testatur praxis.*

XIII. Præterea susque deque videmus aliquando haberi quo animo quid proferatur, an sui defendendi causa, an calumniandi, utque ægre ita alteri faciat, eumque denigret; quando autem ex superioribus dictis constet, animum esse inspiciendum, nec sine animo diffamandi ullo modo huic actioni locum esse, in tantum, ut diffamatori incumbat probatio, in qua si defecerit, silentii impositioni locus haud erit, uti præjudicio Richt. *decis. 100 n. ult: declarat.* Tamen hisce nil obstantibus videmus vel in hoc gravissime peccari, ut licet præfensus diffamator vel per salutem Principis juraverit, se ne quidem vel ulla ratione diffamandi ergo verbulum protulisse, sed quicquid factum juris sui persequendi gratia factum adseret, atque adeo culpam promerere haud potuerit, credendo nemini facere injuriam, jure suo qui usus. *Cothm: vol. 2: resp: 83. n. 25.* nihilominus licet nil probaverit diffamatus, tamen ipsi adhiberi fides, parum pensi habendo, quod si a diffamato absit animus injuriandi ex *leg: n. irrito conatam institui actionem, ita cense* *Cas: Cont. cap: 3. n. 7.*

XIV. Quamvis & constet terminum probationis non esse angustandum, idque notissimi sit juris; ut ita possessoribus, si quando legitimis suis probationibus destituantur, facilius imponere queant; nihilominus cum sit advertere vel in gratiam actoris, vel in odium Rei vel in hac ipsa diffamationis causa, tale quippiam teste experientia obvenire, jure merito inter abusus locum obtinet. *vid: Blar: cap. 6. §. 86. seq:*

XV. Licet itidem apertissimi sit juris, judicem diffamationis, probata licet diffamatione, solum debere pronunciare ratione termini, intra quem Reus conventus in ordinario judicio; hoc est apud suum judicem & non diffamati agat & accuset; uti ex Gailio, Zangero, Blarero & Mundio deducit Richt. *dec: 100. ratione decidendi n. 31.* Hodie tamen videmus, hisce omnibus non obstantibus, quovis modo nonnunquam judicem



- ad se, suumque forum trahere causam, & manibus pedibusque ob-  
nixe operam navare, non sine insigni hujus legis abusu.
97. XVI. Judicis officium cum sit, terminum dumtaxat præfigere, ut  
diffamans compareat & diffamationis suæ rationem reddat; non  
minimus exinde resultat abusus, ubi iudex hos limites exce-  
dit, pronunciando ratione ipsius fori, sit ne inibi forum com-  
petens an secus: quod hoc ipsum pertineat ad ipsam actio-  
nem, ubi electio diffamantis integra, an in eodem iudicio  
experiri velit, an in alio foro quod competens erit. *Mev: p. 3.  
decif. 212.*
98. XVII. Etiam quandoque citari diffamantem ad locum non  
tutum, cum tamen sicut in reliquis iudiciis ac causis, ita hic cita-  
tio ad locum tutum fieri debeat, quem declinare e re ipsius dif-  
famantis erit; nihilominus ex abusu hujus legis, adversus talem  
non secus ac contra contumacem procedi animadvertas. Con-  
stat præterea, si per sententiam iudicis perpetui silentii impo-  
silio, ejusmodi citationem ejusq; non paritionem sit secuta, ni-  
hil detrahi ac decedere, quo minus in alio iudicio idem contra  
diffamatū jus persequi possit fuit, statuente *Blar. cap. 6 n. 09.* quod  
citatio ejusmodi notoriè injusta, nec arctari citatus queat, cum  
101. quandoque ne salvi quidem conductus præstatio, satis quem  
tutum præster, nec timorem tollat, teste *Menoch: cas. 100. n. 95.*
102. XVIII. Ita Ferialium exceptiones esse validas, constat ex *Zange-  
ro* aliisq; quibus tamen neglectis, ex indefessa actoris instantia,  
hisce neglectis solere progredi, iis haud clam esse poterit, qui per  
tempus in praxi versati
103. XIX. Sic reperiuntur qui diffamatum guaranda gravari  
velint, vel etiam alia quavis cautione, ratione scilicet reconven-  
tionis, qui tamen abusus, addita ratione, jure merito notatur à  
*Carpz. process. jud. tit. 20. art. 3. §. 2. n. 6. Berlich. p. 1. concl. 19. n. 8.*
104. XX. Superiori capite monitum, quod hoc iudicio, saltem  
libello exprimendum veniat, ut diffamatori certus adsignetur  
terminus, ut de Jure suo, quod diffamando se habere prætendit  
doceat, ni perpetuū silentium sibi imponi velit, inde abusus & in-  
tep

eptilibelli exceptio resultat, si plura diffamatus petat, exempli  
causa, se absolvi à crimine, vel se possessorem, vel liberum pro-  
nunciari, quod conditionis hujus notos egrediatur ter minus  
Joach. Christ. Coch. *prax: for. Germ: p. 2. p. 178.*

XXI. Sic debet notari hoc remedium, ubi diffamator 105  
Libellum in causa principali Judici obtulerit, sibiq; jus & justi-  
tiam administrari petierit, vires quod dicta lex amittat, & qua-  
si evanescat, eoq; ipso nomina litigantium mutantur, exque 106  
Actore Reus & Reo Actor fiat. *Mund: cap. 5. §. 4. Blar: cap. 8. n. 1. &*  
*seq: & Doctores passim: unde rubricæ in Sachen N. Klagers und*  
*in judicio principali Beklagten an einem / contra Beklagten und*  
*numm hro Klager am andern Theil. videas enim in judiciis quando-* 107  
*que hæc negligi, nec habita ratione libelli oblatis, in causa prin-*  
*cipali ac si oblatus haud esset, procedi; contra intentionem*  
*omnem disse legis nostræ*

XXII. Porro notum, quod, si in judicio principali excep- 108  
tiones de jure competentes objiciantur, cessare hoc judicium  
debeat. *vid: Cognol: n. 4. ibique citat: Cont. cap. 5. n. 8. Hodie his*  
*omnibus neglectis nihilominus videmus prosequi processum.*

XXIII. Cum etiam sæpius accidat, aliquem ex alterius 109  
relatione quippiam, quod videri forte queat ad illius æstimatio- 110.  
nem minuendam facere, animo non injuriandi, sed vel  
judicem informandi vel referendi saltè gratia proferat, in- 111.  
terim tamen quæsitus, authorem suum nominet, quod credat  
aliud esse dicere, aliud ab alio dictum referre; liberari a judi-  
cio, qui nominare suum authorem valet, imprimis ubi quis non 112.  
velut ex suo, in alterius præjudicium, aliquid proferat, sed ut ab  
alio prolatum, non habere locum actionem hujus legis est  
in propatulo: Maxime quod ex Ethicis constat non mentiri 113.  
qui mendacium alienum refert, uti in terminis in causa Regii. 114.  
Mareschalli Christoff. *Clas. Luzau. contra Regium in Pome-*  
*rania Præsident, Andream Guldenklau, testatur Dn. Mevius p. 6.*  
*accis. 371: Tamen memini susque de que hoc habito, proces-*  
*sum.*

sum ex hac ipsa lege, contra juris & justitiæ tenorem, ex abusu formatum.

115. XXIV Comparente diffamatore, exceptionesque jure sibi competentes in judicio diffamatorio opponente, petendo ut iudex super iisdem cognoscat, cessare debebat hoc iudicium, teste Blar: *c. 7. n. 8. & c. 3. n. 9.* Mund. *cap. 5. §. 4. n. 26.* Gail: *de pac. publ. lib. 2. cap. 12. n. 1. & lib. 1. obs. 9. in fin. Cognol. n. 13.* quo non obstante hodie videmus continuari processum; cū tamen comparente diffamatore & per viam reconventionis petendo id, super quo silentium imponi petebatur, hoc iudicium, teste Blar: *c. 5. §. 22.* plane immutetur & libellus diffamati in vim exceptionis resolvatur. add. eundem *cap. 6. n. 24.*
118. XXV Sic cessare debebat hujus legis remedium, quatenus objicitur sive diffamato, sive illius procuratori, exceptio legitimationis, ast cum videas hodie id negligi in judiciis, inde apparet hoc provenire ex abusu hujus legis
119. XXVI Litis pendentia, ex plerorumque Doctorum sententia, liberat ab hoc ipso remedio, ita ut diffamans recte illa, uti possit, quando scilicet lis ea de re, quam diffamatus, vi remedii hujus legis, ad alium iudicem trahere intendit, coram alio iudice pendat Zang: *de except. lib. 2. cap. 13. n. 1. & 6.* Coler: *process. execut. par. 4. cap. 1. n. 38.* Just: Sinold: Schutz: *coll. juris: publ. vol. 2. disp. 7. tit. 8. lit. E.* Blar: *cap. 7. n. 9.* ibique allegati: hodie tamen videas frustra quandoque objici hanc exceptionem, sed nihilo minus his non obstantibus, pergi in ipso processu *l. n.* unde satis de abusu constare potest.
120. XXVII Non minus locū habere sub & obreptionis exceptionē volunt per leg: *2. Cod. si Contr. jus. vel util.* Mund: *c. 5. §. 4. n. 44.* Sinold: Schutz: *d. l. tit. 8.* id quod hodie secus fieri videmus.
121. XXVIII. Hoc remedium etiam cessat in Creditore qui debitum conditionale vel in diem præterdit: quod iudicium
122. non fundetur super jure futuro, sed præsentī & de futuris contingentibus non possit determinata veritas dari Heig: *p. 2. quest. 8. n. 19. seqq.* quodque hoc remedio quis agere cogatur, Maranth: *Specul. n. 1. seq.* ante diem autem vel conditionis eventum nemo recte

recte agit, quia plus petere creditur, ergo à limine iudicii ve-  
nit repellendus: nihil tamen fecius reperiri, qui vel in clarissi-  
ma luce occæcati, hoc casu, hoc uti remedio non vereantur,  
constat ex causa Jacobi Somans contra Schenck. uti videre apud  
Richt: *decis. 100. n. 19.* 123. 124

XXIX. Ex superiori capite etiã constat, quod comparente  
diffamatore, proposita actione, nova lis inchoetur, prior pror-  
sus finito iudicio, pluribus deducente Mev. *part. 8. decis. 234. n. 4.* 125. 126.  
Mund. *præm. de Diffam. n. 59.* cum praxis contra testetur, hodie  
non ubivis id observari.

XXX. Constat adversus possidentem ad probandam ipsi-  
us possessionem, locū huic remedio haud esse, quod nemo tenea-  
tur agere, vel juris sui titulum docere, sed commodo possessio-  
nis tam diu fruatur, donec contrarium probetur §. 4 *Inst. de in-  
terd. Cont. ad n. l. cap. 4. n. 19.* Carpz. *par. 2. Const. 7. § 13.* & in *process. jur.  
tit 20. art. 23 §. 5. n. 41. seq.* Just: Sin: Schütz: *colleg. Jur. Publ. vol. 2. dist.  
7. §. 8. lit. E.* quodque in dubio semper potior causa possidentis, &  
quisque Jure Domini possidere præsumatur; ut ita iniquum sit;  
possidenti commodum possessionis ac si non possideat eripi.  
eumque onere probandi contra leges gravari. Cubach. *cent. 6. Dec  
ult. quæst. 6.* uti etiam decisum refert Dn. Richt: *d. decis. 100. n. 22.* 127. 128. 129.  
Quis non ergo videt imprimis quod agens iudicio diffamatorio  
possessor esse debeat; Blar. *cap. 1. n. 12.* maximum fore abusum, si  
contra possessorem talis actio instituat? quod tamen ignari hu-  
jus legis facile in animum inducere posse, vel graviores edocent  
errores, nec tam operose a Doctoribus annotatum, ni exempla  
istiusmodi occurrissent.

XXXI Ita qui Jurisdictioni & superioritati cujuscunque  
potestatis exempti sunt, alterius Jurisdictionem neque agendo  
neque deferendo prorogare posse, ita ut ne taliter exemptus  
coram ordinario possit ex hac lege conveniri, latius deducit Richt.  
*decis. 100. n. 40. seq.* ubi hoc ipsum exemplo Doctorum & Studio-  
forum declarat, per abusum exemptum conveniri, quodque à li-  
mine iudicii protinus sit removendus. 130. 131.

XXXII Cum præterea, ex dictis priori capite mani-  
festum, 132.

festum sit, diffamationem expirare simul, ac comparuerit ipse  
diffamator, vel ideo, quod saltem ad agendum citetur, & ob-  
contumaciam, silentii impositio locum habeat, quodque diffamato  
probante, statim iudicium expiret diffamatorium, & certus  
terminus ad actionem principalem legitime proponendam sit  
133 præfigendus: uti in colleg: Jctorum Jenæ 1635. pronunciatum.  
refert Richt. *decif. 100 n. 83.* Blar: *cap. 7. n. 48. seq.* Tamen hisce non  
obstantibus, quandoque ex actu hujus legis accidere, ut sese  
offerente diffamatore, nihilominus progrediatur, atque ad sen-  
tentiam quandoque procedatur, praxis docet.

134 XXXIII Cum a iudice quandoque terminus ita  
coangustetur, ut tam brevi tempore comparere diffamans haud  
possit, elapso termino, in processu quandoque properari, quo-  
tidiana experientia attestatur, quicquid etiam recta ratio &  
135 Doctores in contrarium dicuntur. vid: Zang: *de except. lib. 2. cap.*  
136 *6.* Blar: *cap. 9. n. 15.* atque iudex brevem nimium terminum  
statuens, etiam in aliis gravare præsumi statuit *idem d. l. n. 11.*

137 XXXIV Uti autem exceptio causæ continentia in aliis,  
ita in his justam præbet exceptionem, sistitque gradum diffamationis:  
quamvis forte nec desint exempla, ubi hac neglecta exceptione,  
nihilominus in processu haud destitisse iudicem sit reperire,  
quod itidem insignis abusus est indicium vid: Blar: *cap.*  
138 *7. n. 8.* licet *idem author. n. 12.* Statuat, quod tali opposita excep-  
tione, Libellus diffamationis ulterius nihil proficit, & lis contesta-  
ri à diffamato debeat.

139 XXXV Diffamato nulla imputari culpa jure merito  
debet; si uti hoc beneficio velit: quod hæc duntaxat adver-  
sus diffamantem sine causa, tunc autem sine causa diffamatus  
140 censebitur, si nullam ansam præbuerit diffamatori; uti pluribus  
deducit Cæs: Cont. : *cap. 4. n. 7. ibique allegat:* unde constat, quod  
141 si causam diffamator præbuerit, à limine iudicii sit removen-  
dus, nisi actio incurrere in hunc abusum debeat, quod facile  
re non penitius inspecta & causa minus cognita fieri potest, acce-  
142 dente præprimis viperarum sibilo.

143 XXXVI Cum etiam non possit non esse notissimum  
cessare

cessare hujus legis actionem, si ex diffamatione diffamato nul-  
lum ortum præjudicium, teste *Caes. Cont. cap. 3. n. 7.* attamen  
quotidiana praxis harū rerū optima Magistra, evictum dat, pru-  
riginem litigandi in tantum quandoq; exerescere, ut modo egre  
parti adverſa queat quis facere, qvali quali prætenſo falſo præju-  
dicio, ſummarieque ex qualiſquali ſcriptura probato, innocentif-  
ſimum. conveſſite haud dubitet; ut inde ſatis conſtet de abu-  
ſu hujus legis.

XXXVII. Quatenus diffamatio juſ tertii tangit tam certum  
eſt quam quod certiffimam, propitio jure denegari hujus reme-  
dii auxilium vid. *Caes. Cont. cap. 3. n. 7. & cap. 4. n. 61.* nec tamen  
hic quieſcere livorem ſatis reſtantur præjudicia horum tempo-  
rum; quod ſcilicet quidam ſibi perſuaſiffimum habeant, judi-  
cique perſuadere laborent, hoc remedium ſeu emplaſtrum  
aliquod generale, nullis non poſſe mederi diffamationibus, qua-  
les quales & illa fuerint, parum penſi habentes id, quod quic-  
quid non conveniat legi, nec conveniat ejus diſpoſitioni, uti plu-  
ribus deducit *Caes. Cont. cap. 4. n. 151.*

XXXVIII. Quandoq; evenit, ut diffamatus in judicio com-  
pareat, ſeque ad agendū conapelli poſſe neget ubi juſtitia cauſa po-  
ſtulat, ne procedatur; aut ad ſilentii impoſitionem uſq; progres-  
ſus fiat, niſi diffamatus poſſit probare, quam proin, in actu  
practico arduam vocitat quaſtionem & in hoc caſu locum habe-  
re negat, poſt alios Hieron. *Cogn. §. 6. ad expl. leg.*

XXXIX. Committitur quandoque in ſignis ab-  
iſtiusmodi libellorum ſupplicum compilatoribus, quando libel-  
lum in hanc efformant formam; petendo ut diffamans probe-  
t diffamationem ea propter quod hæc petitio non pertineat ad  
actionem hanc extraordinariam, ſed ad ipſam principalem,  
quod tamen hodie frequentari ex inſcitiâ legulejorum novimus,  
cum petitio iſthuc dirigi debeat à diffamato, ut diffamans aut  
compareat, aut ob contumaciam in non comparendo ſibi ſilen-  
tium imponi egre haud ferat, uti pluribus id monet Joh. Ferrar.  
*Mont. in expl. l. n. ſeq.*

150. XL. Cum etiam perspicuum, ad sententiam audien-  
dam omnino esse citandum eum in quem ferenda, secus  
in non vocatum lata & pronuntiata nullius censetur momenti  
Joh. Fer: Mont. *ad l. n. n. 13.* ita sententia lata parte non citata  
æque nulla, teste Cæs. Cont: *cap. 5. n. 88.* etiam si referatur ad  
favorem non citati quod desit essenziale requisitum, si pro in ju-  
dex tali modo procedat referendum esse ad abusum hujus legis  
quis infitias ibit?

151. XLI. Lata sententia ob contumaciam Rei, sive is ipse  
tanquam temerarius litigator, qui que non comparendo adver-  
sario expensas temere creavit, ad refusionem expensarum con-  
demnari; ubi Cæs. Cont: *cap. 6. n. 74.* monet, mulctandus, per-  
152. sonaliter ut citatus sit requiri, quod cessare putat si reus ulti-  
mo præcepto pareat, quoties ergo hoc neglectum fuerit jure me-  
rito refertur inter abusus.

153. XLII. Debet præterea mulctandus citari ad videndum  
se mulctari, ne jure conqueri possit præter fas & æquum eandem,  
indictam, esse mulctam, utq; simul alleget causas quare mulcta-  
ri non debeat Paul. Castr. *in l. contumacia ff. de re judicat.* Veling.  
154. *in cap. 1. de Judic. aliq. citat à Cæs. Cont. cap. 6. n. 76.* Quoties  
ergo illa citatio omissa, constat mulctam illam ex vero hujus acti-  
onis usu locum habere non posse, quod vel talis mulcta insoli-  
ta vel impune sperni possit late Cotta *in memorabilibus verbo*  
155. *mendan. & verbo pæna insolita*, & quin judex talem indictam  
mulctam remittere possit; minus dubitare faciunt quæ habet  
Cæs. Cont: *cap. ult. n. 78.*

156. XLIII. Non minus exinde non levis resultat abusus rati-  
one sententiæ latæ, sunt enim qui firmiter sibi credi volunt,  
esse hanc sententiam habendam pro definitiva, cum contra pec-  
157. cantes in defectu, ne quidem pro sententia haberi velint, dum  
158. vim omnem sententiæ ipsi denegent & pro decreto venditant  
159. Blar. *cap. 9. n. 6. ibique cit.* quorum quidem excessus & defectus la-  
tè examinat sæpius laudatus Dn. Schutz. *d. Disp. 7. tb. 8. p. 1. m.*  
*392. & seqq.* qui hic more Imperatoris nostri, recte media vult  
esse,

esse incedendum via, statuendo: esse interlocutoriam definiti- 169  
 va vim habentem, cui & pleriq; alii Doctorum ad stipulantur, sed  
 nova hic excutienda quercus venit circa sententiæ dictionem. 161.  
 quid scilicet de jure obtineat sententia contra absentem non le-  
 gitime ac solenniter citatum, anne valida hæc sit censenda?  
 quod quidem omnino affirmandum videbatur, quod præsum 162.  
 tio semper pro iudice & sententia, in rem iudicatam quæ ivit  
 ex nigro dicatur facere album & ex albo nigrum, ast pensulat 163.  
 us re considerata; quilibet facile adverti vel maximum hic argui  
 abusum, quod nunquam in rem transeat iudicatam imo appella-  
 tionis necessitas remittatur, quod ipso jure sit nulla test: Blar. 164.  
*cap. 8. n. 20. 22. § 24. ibique citat.*

XLIV. Porro inter hos erit referendum, quod in sciti- 165.  
 am suam prodentes causarum patroni, Clientibus persuadere  
 fatagant, quasi ex ejusmodi silentii impositione infamia quædam  
 insignis redundet in adversarium, in quem talis sententia lata  
 ita ut parum vel nihil intersit, quali etiam quali ex causa im-  
 ploratio hæc instituta, quod & sibi persuasissimum habeant  
 & aliis persuadere velint, conditionem hanc esse famosam 166  
 quod ex injuriarum fonte promanet; ast fallunt hi & fallun-  
 tur uti ex Jctissimo Wesemb: *conf. 69. n. 4.* patere poterit, qui  
 nec magis, inquit, hoc potest videri pertinere ad injuriam diffamantis  
 ejusve ordinarii, qua cum alius quis actor pertexen-  
 dæ actionis gratia ad forum rei citatur; ubi etiam antea indigi-  
 tatum dubium resolvit, dum pergit, nec sequitur condictio- 167.  
 nem illam eandem esse cum injuriarum actione, alioquin,  
 nulla foret distinctio nec differentia, cum nequidem actio sit  
 Wesemb: *alleg. loc. n. 5.* cui & hæc adjici ratio poterit, quod re- 168  
 medium hoc à diffamato non instituatur injuriandi animo, ita  
 nec diffamator manifesta quadam injuria sive contumelia,  
 affectus censerit debeat, ut taceam finem hujus citationis esse, 169  
 ut diffamator aut jure agat, aut iniqua jactatione abstineat  
*Gail: lib. 1. obs. 9. n. 6.*

XLV Nullum est dubium quin appellationi etiã sit locus Gail. 170



170. lib. 1. ob. 132. Cas. Cont. cap. 9. n. 147. Blar. cap. 10. n. 71. Schütz. jur.  
 Publ. n. 2. D. sp. 7. ib. 8. lit. H. Gilhaus. arbor. Jud. Crim. cap. 1. tit.  
 4. n. 27. Richt. decis. 100. n. 117. aliquo innumeri, nec hac de re  
 dubium oriri credidissim quod appellatio semper & ubique  
 licita ubi quis iuste se gravatum decere possit, nisi dubium hoc  
 moveat Cypri Regn. disp. ad Cod. 7. ib. 2. *omnino inobis bono*  
 171. XLVI. Cum autem ratione appellationis fata-  
 172. lia maxime attendenda veniant, quæ quidem de momento in-  
 momentum currere incipiunt, non minima præbetur dubitandi  
 ansa, anne sit locus restitutioni contra fatalia, si forte diffamans  
 173. iusta causa impeditas, nec ad audiendam sententiam citatus, vel  
 morbo, arresto, alioque iusto impedimento detentus adesse  
 174. nequiverit, nec procuratorem in loco ubi sententia ferenda  
 175. habuerit? quamvis autem non dubitandum quod dupliciter  
 fatalia consideranda veniant vel à tempore latae sententiæ vel sci-  
 176. entia; constat quidem regul. riter, tempus i latae sententiæ at-  
 tendi, quod vix fieri possit, sententiæ ferri nisi parte vel præsentem,  
 177. ipsa, vel per procuratorem comparente, si enim contumaciter  
 emanerit, ob contumaciam merito causa cadit; quod contumax  
 non tantum habeatur pro confesso, confessus pro condemna-  
 to, sed insuper poena sit afficiendus: quod si autem horum nil  
 178. quicquam appareat, nullum dubium quin currant à tempore  
 179. scientiæ, quod eo magis huc attendendum, quod hic res sit  
 magni præiudicii, cum de honore & fama ut communiter vult  
 180. credi, agatur, quam vel vitæ æquiparari in propatulo & iudex non  
 181. erit difficilis in restituendo, uti in ea sententia conspirant optimi  
 182. & præstantissimi processuum Scriptores & in præxi non semel ob-  
 servatum memini.  
 183. XLVII. Quoque patet, quod, si quis ad defensionem sui,  
 184. quæ dâ iusta in causa in medium proferat, nemini quod videatur  
 facere injuriam, jure suo qui utitur, vixque sit ut in causa vel justif-  
 sima obtineatur, ni liceat, citra tamen calumniandi animum,  
 illa proferre, quæ ad obtinendam causam vel ullo modo face-  
 re posse videntur, & debebat hic plane cessare hujus legis Re-  
 me-

medium, cum tamen contra mos inoleverit, ut quod in defensione  
sui relatum, accipiat ac si calumniandi animo factum sit, parum  
penſi habito, an hoc ſenſu admittatur a proferente, quod quilibet  
verborum ſuorum optimus eſſe ſueverit interpres: nihilominus  
videaſ hac ratione inſtitui actionem ex n. l. ita ut ſi liceret vel  
optima quandoque invertatur cauſa. vid. Richt. *part. 2. deciſ.* 187.

*100. n. 183*  
XLVIII Ita ſuperius dictum, quod diffamatio debeat eſſe  
facta, eaque propter vel ſummariam debere precedere co-  
gnitionem: Cagn. *ad b. l. n. 4.* cum tamen conſtet vel per abu-  
ſum hodie cauſa non cognita, nec habita ratione, qua occa-  
ſione quid dictum, proceſſus decerni & ad impoſiti onem  
ſilentii per maximum abuſum progredi

XLIX. Ita teſte Blar. *cap. 7. n. 9.* Mund. *cap. 5. §. 1. n. 8.* negante  
diffamatore praetento diffamatione diffamatus probare eandem  
tenetur, vel vi ord. *Cam. part. 2. Tit. 25.* (notum autem quod nega-  
tio vel aperta vel virtualis, ubi nepe quis negat ſciam ſeſe habere  
ut narratur, ex alia occaſione proveniſſe, in deſenſoriam cauſa-  
prolata maſſerat, hodie tamen (non attenda probatione, quam ipſe  
diffamatus facere debebat, in ipſa cauſa progredi, & vel ipſam  
innocentiam laedi, conſtat.

L Sin autem diffamans compareat, libellus diffamati pro-  
ſion oblato habetur, ut ex Blarero & Mundo Richt. *deciſ. 100.*  
*n. 32.* Welches daher erhellet ſo bald der diffamans im judicio erſcheinet/  
des diffamati. (Laq und libel erlöſchet) refert contra, hodie conſtat vel  
comparente diffamatore, nihilominus in ipſa progredi cauſa,  
atque proceſſum ordinarium continuari, perinde ac ſi ipſe non  
comparet; quomodo autem in Camera diffamatore com-  
parente & diffamationem conſistente vel negante procedatur,  
conſulendus Blum. *proceſſ. Came. tit. 36. §. 21. ſeq.*

LI Compertum beneficium huius legis noſtrae non  
inducere litis pendentiam, ſed competere ipſi diffamanti elige-  
re forum, quodcunque ex pluribus placuerit, hinc propter judi-  
cium diffamationis, quoad ordinariam actionem, nulla pra-



197. ventio habet locum, neque objici potest diversitas judiciorum,  
ut ex foro diffamans eligere possit, quodcunque maxime  
fuerit visum proficuum: attamen cum videamus, hoc secus  
198. sese habere in foro privilegiato, *ex auct. Cod. habita ne sit. pro*  
*Patre* quo mediante privilegio, Doctor vel Professor evocari  
nequit, frustra objicientibus adversariis, quod privilegiatus con-  
199. tra æque privilegiatum non suo gaudeat privilegio; quod constat,  
hoc axioma venire intelligendum cum grano salis & locum sortiri  
ubi privilegiati prorsus eodem gaudent privilegio, secus autem se  
200. rem habere, si alter quidem speciali alter autem magis speciali utatur  
privilegio: cum ergo constat apertissimiq; sit Juris, quod privilegium  
*d. auct.* longe sit specialius illo, quod ex beneficio, *l. n.*  
obvenit, inde ex dictis firmiter est colligere, Professorem, Do-  
ctorem aliosque qui gaudent beneficio *d. auct.* habere facultatem  
201. eligendi judicem ex suis, quemcunque voluerit, non obstantelitis  
pendentia, uti quoq; ex superioribus dictis patet, hic locum  
neutiquam reperit; nihilo tamen minus videmus, nec sic  
simplici vice peccari, uti poterit esse testimonio luculentissimo,  
202. actio inter antea nominatum Professore Greiffvaldensem & Consiliarium  
Hassicum apud Richt: *decif. 100.* qui & hunc casum jure merito refert  
inter illos ex quibus relucet maxime abusus hujus legis.

203. LII Ita vel ex sententia communi Doctorum, lex nostra nullam inducit  
litis pendentiam ex rationibus superiori capite adductis; nihilominus  
reperitur teste Zangero *in except. p. 2. cap. 13. n. 14.* Joh: Bapt: de Sanct, Severin  
existimans, per ejusmodi citationem litis pendentiam induci, etiam  
in causa principali, quem ea propter jure merito, cum aliis plurimis  
Doctoribus rei; cit: Zang: *d. l.*

205. LIII Porro resultat abusus inde; quod monente Mevio, judex non  
juste faciat, diffamantem ad certum forum astringendo, quod id ipsum  
nihil aliud sit, quam alicui interdicere usum sui juris & libertatis,  
quod in jure odiosum censetur *leg. fin. Cod. de contr. empt.*


LIV Ultimo demum Coronidis loco & hunc adscribere 206  
abufum lubet, quod constet Fificalem Reipubl. agere nomine,  
quodque id officii illi injungatur vel invito, si ergo & is ad  
caufæ justitiam deducendam omnem movendo lapidem, quan-  
doq; vel inclementius & gravius in factum invehere inq; delicta  
& crimina. in quirere cogatur, memini dubium nonnunquam  
obortum, anne vel Fificalis ea propter ex hac l. n. pulsari queat, & 207  
quamvis pro affirmativa militare videatur, quod hoc remedium  
intra pomeria sua recipiat qualiscunque generis diffamationes,  
ut in capite præcedenti monitum; insuper protervia & delicta  
accusantis maximopere restringenda veniant, ne in nervum  
irrumphant & justitiæ vis inferatur; denique id genus homi-  
num sub publico Clypeo quasi latens, non raro siveverit ex-  
cedere moderamen inculpatæ tutelæ. At si enucleatius pensito, 208  
aliter hæc sacra vix constare atq; ab ipso iudice hæc talia impro-  
bari, rejectionem ab actis, si forte ab Actore, injuriola im-  
mixta, quæq; minus probari possint in medium prolata fuerint: 209  
sivevise quod vel ideo delicta & crimina ut puniantur Rei-  
publ: maxime inter sit: tali quoque modo deterreri possint, vel 210  
illi qui alias Reipubl: maxime necessariam impendent operam:  
Calumniari præterea non præsumatur, quem officii necessitas  
excusat leg. post legat: 5. S. advocat: 13. ff. de his quibus ut indign:  
l. 2. Cod: qui accusare non possint. Gail: lib. 1. obs. 90. n. 5. sicut nec is  
qui jussu Magistratus obtemperat, cui parere necesse habet.  
cap: quod quis 24. de R. 7. in sexto leg. non videtur 167. S. qui  
jussu 1. & in l. velle 4. ff. de R. 7. Gail: lib. 1. obs: 88: n. 4. eaque  
propter persvasissimum mihi habeo & hic cessare remedium  
stri vim & efficaciam, nec admittendum esse, ut ad forum ex-  
traneum trahatur, qui publico nomine coactus in se suscipere  
causam declinare haud potuit, & sic vel hac ratione inter  
abufum hujus legis vel maxime referendum esse statuere  
nullus prorsus dubito. Hæc autem pro ratione tem-  
poris & loci adduxisse suffecerit, quæ meditatio & autho-  
rum lectio partim suppediravit, circa hujus legis nostræ abu-  
sus


176.

870  
sus materiam, quin autem & alii casus dari possint, asserere nullus  
dubito; quis enim vel singula mente concipere possit, quod  
videamus secundum tritum, uno dato absurdo pene sequi in-  
finita, suffecerit ergo vel paucula hæcce exercitii gratia mo-  
nuisse, sicque ansam præbuisse magis in hac palæstra exerci-  
tatis, cum hæcenus hoc mare innavigatum, mihi que sic minus  
705 vitio verti poterit, si forte in aliquo hallucinatus fuero, uti  
qui me tyronem hic lubentissime profiteor, à Veteranis po-  
lita magis, quæque ad palatum gratiora expectans. Benevolam  
lectorem rogitando ut pro tempore, hæc æqui bonique con-  
sular, cum & pro temporis angustia quâ maxime inclusis.  
& ipsius Typothetæ festinatione cuncta revidere haud licue-  
rit, ea propter veniam præcatus, Gratias Numini persolvō  
710 gratissimas, huic quod labori meo adesse, grati-  
amque largiri voluerit, ut sic hic fiat, *terminalia*.














medium, cui tamen contra mos inoleverit  
sui relatum, accipiatur ac si calumniandi  
pensi habito, an hoc sensu admittatur a pro  
verborum suorum optimus esse fuerit  
vide hac ratione institui actionem ex  
optima quandoque invertatur causa. vi  
100. n. 18.

XLVIII Ita superius dictum, quod  
facta, eaque propter vel summariam cog  
nitionem: Cagn. ad b. l. n. 4. cum tam  
lum hodie causam non cognita, nec hab  
sione quid dictum, processus decerni  
silentii per maximum ab usum progressi

XLIX. Ita teste Blar. cap. 7. n. 9. Mun  
dissimatore pratenso diffamationem diffam  
tenetur, vel vi ord: Cam. part. 2. Tit. 25. (no  
tio vel aperta vel virtualis, ubi nepe quis ne  
ut narratur, ex alia occasione provenisse  
prolata masserat) hodie tamen (non attenda  
diffamatus facere debebat; in ipsa causa  
innocentiam laedi, constat.

L Sin autem diffamans compareat  
non oblaro habetur, ut ex Blarero & M  
n. 32. Welches daher erheller so bald der diffama  
des diffamati. Klage und libel erlöset / refert co  
comparente diffamatore, nihilominus in  
atque processum ordinariū continuari, p  
comparuerit; quomodo autem in Came  
parente & diffamationem confitente vel  
consultendus Blum. process. Came. tit. 36. §. 21. se

LI Compertum beneficium hui  
inducere litis pendentiam, sed competere  
re forum, quodcumque ex pluribus placue  
rium diffamationis, quoad ordinariam

VII

F 3

120  
defensionē 186.  
n sit, parum  
od quilibet 186.  
nihilominus  
iceret vel 187.  
r. decis.

lebeat esse 188.  
edere co- 189.  
l per abu- 190  
iva occa-  
siti onem

8. negante 191.  
e eandem  
nod nega- 192.  
se habere  
em causa-  
quam ipse  
el ipsam

umati pro 193.  
decis: 100.  
erscheinet/  
onstat vel  
causa, 194  
ipse non  
re com-  
cedatur,

a non 195.  
ntrelige-  
ter judi-  
illa præ- 196.  
ven-

